onem rei ¶ Uno modo quia non

cadit diffinitōe ſignate eēntiā rei ſ tū eſt deſignatiuū vel determinatiuā alicui⁹ eēntialiū pncipioꝝ. ſicut rōale accidit aīali. vtpote pͤt diffinitōez ei⁹ exn̄s. ⁊ tū eſt determinatiuū eēntie aīalis. vn̄ eſt eēntiale hoī: ⁊ de rōne eius exn̄s. Alio mō accidit aliqͦd alicui. quia nec ē in ei⁹ diffinitōe: nec eſt determinatiuū alicui⁹ eēntialiū pncipioꝝ. ſicut albedo accidit hoī. His ḡ que ſunt ꝯpoſita ex mā ⁊ forma accidit aliqͦd pͤter rōnē ſpēi exn̄s vtroqꝫ mō Cū eni de rōne ſpēi humane ſit ꝙ ꝯponaꝉ ex aīa ⁊ corpore: determinatio corporis ⁊ aīe ē preter rōnez ſpēi. ⁊ accidit hoī inquantū eſt hō ꝙ ſit ex hac aīa ⁊ ex hoc corpore. Sꝫ hoc ꝯuenit ꝑ ſe huic hoī: de cuius rōe eēt ſi diffiniretꝛ ꝙ eēt ex hac aīa ⁊ ex hoc corpore ſicut de rōne hoīs ꝯmunis eſt ꝙ ſit ex aīa ⁊ corpore. Accidūt etiā ꝯpoſitis ex mā ⁊ forma pͤter rōnē ſpēi multa alia q̄ nō ſunt determinatiua eēntialiū pncipioꝝ. Subſtātiis ꝟo ī mālib⁹ creatꝭ accidūt qdē aliq̄ pͤter rōnē ſpēi: q̄ n̄ ſūt determinatiua eēntialiū pncipioꝝ: vt dictū ē. n̄ tū accidūt eis aliq̄ q̄ ſūt dēminatiua eēntie ſpēi qa ipā nā ſpēi n̄ indiuiduaꝉ ꝑ māz ſ ꝑ ſe ipāz ex h̄ ꝙ talis forma non ē nata recipi in aliq̄ mā. vn̄ ꝑ ſe ipāz nō ē multiplicabilis necꝫ p̄dicabilꝭ de plib⁹. ſ qa nō eſt ſuū eē: accidit ei aliqd pͤter rōnē ſpēi. ſ. ipꝫ eſſe ⁊ alia q̄dā q̄ attribuūꝉ ſuppoſito ⁊ n̄ nature: ꝓpter qͦd ſuppoſitū in eis n̄ eſt oīo idez cū nā. ¶ Ad 2ᵐ dō ꝙ nō oē qͦd accidit alicui pͤter rōnem ſpēi eſt determinatiuū eēntie ipſi⁹ vt oporteat illud poni in rōne ei⁹: ſic dictū ē. ⁊ iō lꝫ ipm eē non ſit de rōne ſuppoſiti: quia tū pertinet ad ſuppoſitū ⁊ nō eſt de rōne nature: manifeſtū ē ꝙ ſuppoſitū ⁊ nā non ſunt omnino idez in qbuſcūqꝫ res non eſt ſuū eē. ¶ Ad illud ꝟo qͦd ī ꝯtrariū obr̄ dō ꝙ nā dr̄ ꝯſtituere ſuppoſitū etiā in ꝯpoſitis ex mā ⁊ forma: nō qa nā ſit vna res ⁊ ſuppoſitū alia res. Hoc eni ſm opīonē dicētiū ꝙ nā ſpēi ſit forma tm que ꝯſtituit ſuppoſitū ſicut totuꝫ: ſ qa ſm modū ſignādi nā ſignificaꝉ: vt pars rōne ſupdicta. ſuppoſitum ꝟo vt totū. nā ſignificaꝉ vt ꝯſtituēs: ⁊ ſuppoſitū vt ꝯſtitutū.

¶ Articul⁹. 5⁹.

Deinde queſitū ē de tpe: ꝑ qͦd de⁹ monet creaturam ſpūalē ſm aug. vtꝝ ſit idē cū tpe qͦd mēſurat mot⁹ corporaliū reꝝ. Et videꝉ ꝙ ſic. quia necꝫ aug. diuerſitatē hāc tpꝝ aſſignat: necꝫ aliqs phus. Uanū ḡ videꝉ hāc diuerſitatē tēpoꝝ aſſignare. ¶ Preterea omne qͦd eſt inquātū ē: vnū ē. Si ḡ nō ſit vnū tps ſ diuerſa: non erit ens: qͦd eſt incōueniēs. Opꝫ ḡ ponē vnū tps tm̄. ¶ Sꝫ ꝯtra. Tps quo mēſurāꝉ corporales mot⁹ ē numer⁹ mot⁹ pmi celi ſm phm in 4°. phi. Sꝫ tps ꝑ qͦd moueꝉ angeli nō hꝫ aliquē ordinē ad motū. ḡ illͦd tēpus ē aliud a tpe corpaliū rerū. Pretēa ꝑpetuo ⁊ corruptibili nihil ē cōe niſi hꝫ nom. ut dr̄ ī. io. meth. ſ āgeli ſūt ꝑpetui. corpa aūt ſūt corruptibilia. n̄ ḡ idͦ tps ē vtroꝝūqꝫ.

¶ Ad³ dō ꝙ ſicut aug. dicit in. xi. d
ciui. dei. Tpa nō fuiſſent niſi crea-
tura fieret: que aliqd aliqua moti
one mutare. cuiꝰ mutatiōis cū ali-
ud atq; aliud ꝗ ſimul eē non pn̄t.
cedit atq; ſuccedit ſeqꝛ tpūs. ex ꝗ
accipiꝛ ꝙ etiā phs dicit in. 4. phi.
Qꝛ opꝫ loq de tpe ſm rōnē motꝰ. nā
tps eſt numerꝰ motꝰ ſm pus ⁊ po-
ſteriꝰ. Oēs ḡ motꝰ qui pn̄t mēſura
ri vna mēſura hn̄t unū tps. Si qui
ƀo motus ſunt qui nō pn̄t vna mē
ſura mēſurari: ncē eſt ꝙ eoꝝ ſit di
uerſū tps. Cū aūt mēſura ſit homo
genea mēſurato. ut dꝛ in. 10. meth.
manifeſtū ē ꝙ oīa que ſunt vniꝰ ge
neris pn̄t hēre unā mēſurā ꝯmunē
nō aūt que ſunt geneꝝ diuerſoꝝ.
Omnes aūt motꝰ ꝯtinui ꝯueniūt
in vno gn̄e inquātū ſunt ꝯmēſura
biles. ⁊ ideo pn̄t hēre vnā mēſurā
ꝯmunē. mēſuraꝛ enī oēs ſimpliciſſi
mo ſui gn̄is. ſ. velociſſimo motu p-
mi celi. vn̄ oīum motuū ꝯtinuoꝝ
pōt eſſe vnū tps ꝯmune. qð quidē
tps lꝫ videaꝛ eē ſꝫ genꝰ de numero
diſcretoꝝ. qa eſt numerꝰ haꝝ reꝝ
ꝯtinuaꝝ. ſ. motuū: fit ⁊ ipꝫ ꝯtinuū
ſicut decē ſimplr̄ dictū ē aliqd diſ-
cretū. Sꝫ decē vlne pāni ē aliqd cō
tinuū. diſcretoꝝ aūt ⁊ ꝯtinuoꝝ nō
pōt eē vna mēſura ꝯmunis: cū ſint
diuerſoꝝ geneꝝ inquātū ſunt mē-
ſurabilia. ⁊ ideo ncē ē ſi ſint aliqui
motꝰ nō ꝯtinui ꝙ tps eoꝝ aliud a
motu quo mēſuraꝛ motꝰ ꝯtinui. ma
nifeſtū ē aūt ꝙ motꝰ ſpūaliū crea-
turaꝝ de qbꝰ augꝰ. loqꝛ dicēs cre
aturā ſpūalē moueri ꝑ tps ⁊ non ꝑ
locū: nō ſunt motꝰ ꝯtinui ſꝫ viciſſi
tudines quedā diſcrete. Dicit. n. ꝙ
ꝑ tps mouetꝛ aīus vel remiſcendo
qð oblitꝰ erat: vel diſcendo qð ne-
ſciebat. vel volēdo qð uolebat. vn̄
manifeſtū ē ꝙ cū tpus nō hēat ꝯti-
nuitatē niſi ex motu. ꝙ tale tps nō
ē ꝯtinuū. ⁊ ꝙ eſt aliud a tpe corpo
raliū reꝝ. ¶ Ad pmū ḡ dō ꝙ aug
ex ipa dr̄ia motuū dat intelligere
dr̄iaꝫ tpoꝝ. ¶ Ad zᵐ dō ꝙ eo mō
aliqd eſt vnū quo ē ⁊ dꝛ eſſe. quod
enī dꝛ eē ſm ſpēm eſt vnū ſpē: non
aūt vnū numero. vn̄ nō ſeqꝛ ſi ſint
plēs hoīes: ꝙ nō ſit hō. ⁊ ſilr̄ n̄ ſeqꝛ
ſi ſint pl'a tpa ꝙ nō ſit tempus.

DEinde queſitū eſt de hoīe.
Et pmo quātū ad ƀtutes.
zᵒ quātū ad pctā. ¶ 3ᵒ qͣtū
ad penas. ¶ Circa ƀtutes aūt fuit
queſitū ⁊ quātū ad res diuinas: ⁊
quātū ad res humanas. ¶ Quātū
ad res diuinas queſita ſunt tria.
¶ Primo circa fidē vtrū aliqs te-
nereꝛ credē xp̄o viſibilia miracula
nō facienti. ¶ zᵒ circa fidei ſacrm̄.
vtrum paruuli iudeoꝝ ſint bapti-
zandi inuitis parentibꝰ. ¶ Tertio
circa decimas que debēꝛ miniſtris
ſacramētoꝝ. vtrū aliquis ꝓter cō
ſuetudinē poſſit excuſari ne deci-
mas ſoluat. ¶ Articulꝰ. 6.

AD pmū ſic procediꝛ. ¶ Ui-
deꝛ ꝙ xp̄o non facienti vi-
ſibilia miracula hoīes cre-
dere nō tenereꝛ. Quicūq; enī non
facit hoc ad quod tenetur peccat.
Sed ſi homines non crederēt chri-
ſto miracula non facienti non pec-
carent. Dicit enim ipſe ī Johāne.
qnto decimo. Si opera non feciſſeꝫ

in eis que null⁹ ali⁹ fecit:peccatū nō
hērēt. ⁊ loquit̄ de pc̄tō infidelitatꝭ
ſm aug. ḡ xp̄o ſi nō feciſſꝫ miracl'a
hoīes credē nō tenerēt̄. ¶ P̄terea
null⁹ pōt mutare legē niſi lator le-
gis vl' eo ſupior. Sꝫ xp̄us p̄dicabat
quedā que videbāt̄ ptinē ad vetis
legis abolitionē:ſicut ꝙ cibi nō co-
inquinauerunt hoīem: ⁊ ꝙ licet in
ſabbato operari. Si ḡ nō pbaſſet ſe
eſſe legiſlatorē:nō fuiſſet ei credē-
dū. Sꝫ hoc fieri nō potuiſſet niſi p
miracl'a:cū legiſlatorē multa mira
cula p̄ceſſerint. ḡ xp̄o nō eēt credē-
dū niſi miracula feciſſet. ¶ Sꝫ ↄt̄.
Magis obligāt̄ hoīes ad credēdū
p̄me v̄itati ꝙ ad credēdū viſibili-
bus ſignis. Sꝫ lꝫ xp̄us miracula nō
feciſſet:ip̄e tn̄ ver⁹ deus exn̄s p̄ma
v̄itas erat. ḡ etiā ſi miracula nō fe-
ciſſet:adhuc erat ei credēdum.
P̄terea grā vnionis eſt maior ꝙ
grā gratū faciēs p adoptionē. Sed
miracula nō ſufficiēter pbāt grāꝫ
gratū faciētē. qa vt hr̄ Mat. 7. his
q xp̄o in iudicio dicēt. Dn̄e in noīe
tuo v̄tutes multas fecim⁹. rn̄debit̄
Nō noui vos. ḡ multo min⁹ mira-
cula ſufficiūt ad pbādū grām vni-
onis. Si ḡ ſine miraculis xp̄o hoīes
credē nō tenerēt̄:neqꝫ etiā miracu
lis factis tenebāt̄ credere dicēti ſe
eſſe deū. qđ pꝫ eſſe falſuꝫ. ¶ R̄' dō
ꝙ null⁹ tenet̄ ad h̄ qđ ē ſup vires
ſuas niſi p hūc modum quo fit ſibi
poſſibile. credē aūt ē ſup potentiā
hoīs nālē. vn̄ ex dono dei p̄uenit.
ſm illud apl'i ad eph. 2. Grā ſaluati
eſtis p fidē. ⁊ h̄ nō ex nobis. dei. n.
donū ē. ⁊ ad phi. 1. dicit. Vobis da
tū ē nō solū vt in ipꝫ credatis. ſ; ut
p ip̄o patiamini. Hō ḡ tenet̄ credē
ſm h̄ ꝙ adiuuat̄ a deo ad credēdū
Adiuuat̄ aūt a deo aliqs ad credē
dū tripl'r. Primo qdē p īteriorē vo
cationē. de qua dr̄ Jo. 6. Oīs q au-
dit a patre ⁊ didicit venit ad me.
⁊ ad ro. 8. Quos p̄deſtinauit hos ⁊
vocauit. 2° p doctrinā ⁊ p̄dicatōeꝫ
exteriorē ſm illud apl'i ad ro. 10. Fi-
des ex auditu. audit⁹ aūt p v̄bū xp̄i
3° p exteriora miracula. vn̄ dr̄. 1. ad
cor. 14. ꝙ ſigna data ſunt īfidelib⁹
vt. ſ. p ea p̄uocēt̄ ad fidē. Si autē
xp̄us viſibilia miracula nō feciſſet
adhuc remanebāt alii modi attra-
hēdi ad fidē:quib⁹ hoīes acqeſcere
tenerēt̄. Tenebāt̄ eni hoīes credē
actori legis ⁊ pph̄aꝝ. Tenebāt̄ etiā
interiori vocatōi nō reſiſtē. ſic Jſa.
de ſe dic̄. Dn̄s de⁹ apuit mihi aurē
ego aūt nō ↄtradico: retrorſuꝫ nō
abii. Jſa. 50. ſicut de qbuſdā dicit̄
Act. 7. Vos ſemp ſpūi ſancto reſti-
ſtis. ¶ Ad p̄mum ḡ dō ꝙ inter illa
opera que xp̄us in hominibus fecit
ānumerari etiam debet uocatio in
terior:qua quoſdam attraxit: ſicut
Grego. dicit in quodam omelia. Q̄
xp̄us p miſericordiā Magdalenaꝫ
traxit interi⁹. qui etiā p clemētiāꝫ
ſuſcepit foris. Annumerari etiā dꝫ
ei⁹ doctrina:cū etiam ipſe dicat. Si
non veniſſem ⁊ locutus eis nō fu
iſſem peccatū non haberēt. ¶ Ad
ſecundū dicēdum ꝙ xp̄us poterat
ſe oſtendere eſſe legiſlatorē non ſo
lum faciendo viſibilia miracula. ſ;
etiam per auctoritatem ſcripture:
⁊ per interiorem inſtinctum.

Ad 3m dō q interior instinctus q̄ xp̄us poterat se manifestare sine miraculis exteriorib⁹ ptinet ad v/tutē p̄me v̄itatis. que interi⁹ hoīez illuminat ⁊ docet. Ad 4m dō q miracula vsibilia fiunt v̄tute diui na ad ɔfirmationē v̄tutis fidei.un̄ dr̄ Mat.vlti. de ap̄lis.q predicaue rūt vbiq̄ dn̄o coopante ⁊ sermo/nē ɔfirmāte sequētib⁹ signis. Non aūt fiūt miracula semp ad demon strādū grām ei⁹ p quē miracula fi/unt.⁊ nō pōt ɔtingē q aliquis gra tiā gratū faciētē nō h̄ns miracula faciat.s̄ hoc ɔtingē nō pōt q aliqs falsaz doctrinā ānūciās v̄a miracl'a faciat:que nisi v̄tute dīna fieri p̄nt Sic enī de⁹ eēt falsitatis testis:qd̄ ē impossibile. Cū ḡ xp̄us se filiū dei diceret equalē deo. hanc ei⁹ doctri/nā ɔprobabāt miracula q̄ faciebat ⁊ ideo ōn̄debat̄ xp̄us p miracula q̄ faciebat eē de⁹. Petr⁹ aūt lʒ eadez vel maiora miracula faceret: nō p babat̄ esse deus.s̄ p ea etiā p̄babat̄ q xp̄us eēt de⁹. quia Petr⁹ nō p̄di cabat se ip̄m:s̄ Jh̄z xp̄z esse deū.

Articul⁹.7⁹.

Ad 2m sic pcedebat̄. Uidet̄ q pueri iudeoꝝ sint bapti zandi inuitis parentibus. Mai⁹ enī ē vinculū matrimoniale q̄ ius paterne potestatis: qa p̄rīna ptās pōt p hoīez solui:cū filiusfami lias emācipat̄. vinculū aūt m̄rimo niale nō pōt solui p hoīez s̄m illud Mat.19. Quos de⁹ ɔiūxit homo nō sepet. Sʒ ppter infidelitatē soluit̄ vinculū m̄rimoniale. Dicit.n.ap̄ls .i.ad cor.7. Q si infidelis discedit discedat. Nō enī seruituti ē s̄biect⁹ frater aut soror ⁊ hi⁹.⁊ canon dic. q si ɔiūx infidelis nō vult cohabi tare sine ɔtumelia creatoris: q alt̄ ɔiugū nō dʒ ei cohabitare.ḡ multo magis ppter infidelitatē tollit̄ ius paterne p̄tātis. Sic ḡ infideles iu/dei nō habēt ius paterne p̄tātis in suos filios. Possūt ḡ eoꝝ filii bapti zari eis inuitis. Preterea magis dʒ hoī s̄uenire ɔtra piculū mortis eterne: q̄ ɔtra piculū mortis tpalis Sʒ si aliqs videret hoīem ī piculo mortis tpalis:⁊ ei nō ferret auxili/um peccaret. Cū ḡ pueri iudeoꝝ ⁊ alioꝝ infideliū sint in piculo mortis eterne si parētib⁹ relinquāt̄:qui eos in sua infidelitate informāt. uidet̄ q sint eis auferēdi ⁊ baptizandi ⁊ in fide instruēdi. Preterea filii seruoꝝ sunt serui ⁊ in ptāte dn̄oꝝ. Sʒ iudei sunt serui regū ⁊ p̄ncipū ḡ ⁊ filii eoꝝ. Reges ḡ ⁊ p̄ncipes h̄nt ptātē de filiis iudeoꝝ facē qd̄ voluerint. Nulla ḡ erit iniuria si baptizarēt̄ inuitis parētib⁹. Pre terea quilʒ hō magis ē dei a quo hʒ aīaz q̄ patris carnalis:a quo hʒ cor pus. Nō ē ḡ iniustū si pueri iudeo/rū carnalib⁹ parētib⁹ auferāt̄ ⁊ dō p baptismū ɔsecrant̄. Preterea baptism⁹ ē efficacior ad salutē q̄ p̄ dicatio. qa p baptismū statim tol/lit̄ peccati macula ⁊ reat⁹ pene. ⁊ aperit̄ ianua celi. Sʒ si piculū seq̄t̄ ex defectu p̄dicationis: imputat̄ ei qui nō p̄dicauit. vt h̄r Ezec.3. ⁊ 33. De eo qui videt gladiū veniētē:⁊ nō īsonuerit tuba.ḡ multo magis si pueri iudeoꝝ dannētur propter

defectũ baptiſmi imputatˀ ad pctm̃ eis q potuerũt baptizare ⁊ ñ baptizauerũt. ¶ Sꝫ ↄtra. Nemini facienda eſt iniuria. fieret aũt iudeis iniuria: ſi eoꝝ filii baptizarẽtˀ eis inuitis. qa amitterẽt ius paterne ptãtꝭ in filios iam fideles. g̃ eis inuitis ñ ſunt baptizandi. ¶ Rᵒ dᵒ ꝙ maximã auctoritatẽ hꝫ eccl'ie ↄſuetudo: que ſemp eſt in omnibꝰ emulanda. quia ⁊ ipſa doctrina catholicorum doctoꝝ ab eccl'ia auctoritatẽ hꝫ. vñ magis eſt ſtãdũ ↄſuetudini eccl'ie ꝙ̃ vel auctoritati aug. vel hier. vel cuiuſcũqꝫ doctoris. hoc aũt eccleſie uſus nũꝙ̃ hũit. ꝙ iudeoꝝ filii inuitis parentibus baptizarẽtˀ: quãuis fuerint retroactis tꝑibus multi catholici ꝑncipes potẽtiſſimi. vt Cõſtantinus Theodoſiꝰ ⁊ alii plures: quibꝰ familiares fuerũt ſanctiſſimi epi. ut Silueſter Cõſtantino ⁊ Ambroſiꝰ Theodoſio. quí nullo modo hͤ ꝑtermiſiſſent ab eis impetrare: ſi hͤ eſſet ↄſonũ rõni. ⁊ ideo ꝑiculoſum videtˀ hanc aſſertionẽ de nouo inducere. ut ꝑter ↄſuetudinẽ ĩ eccl'ia hactenꝰ obſeruatã iudeoꝝ filii inuitis parentibꝰ baptizentˀ. Et huiꝰ rõ eſt duplex. vna quidẽ ꝓpter ꝑiculũ fidei. Si enĩ pueri nõdũ uſũ rõnis hñtes baptiſmũ ſuſciperent poſtmodũ cũ ad ꝑfectã etatẽ peruenirent: de facili poſſent a parẽtibus induci vt relinquerẽt qᵭ ignorantes ſuſceperũt: qᵭ uerteret in fidei detrimẽtũ. Alia ỽo rõ ẽ qa repugnt iuſticie naturali. Filiꝰ enim nãlr̃ eſt aliquid patris. ⁊ primo quidẽ a parente non diſtinguitur ẜm corpus quãdiu in matris vtero ↄtinetur. Poſtmodũ ỽo pᵒꝙ̃ ex uťo egreditˀ añꝙ̃ vſum liberi arbitrii habeat: ↄtinetˀ ſb̃ parẽtũ cura. ſicut ſb̃ q̊dã ſpũali vtero. Quãdiu enim vſum rõnis non hꝫ puer non differt ꝙ̃tũ ad ea que agit ab aĩali irrõali. vñ ſicut bos vel equus iure gentiũ vl' ciuili eſt poſſeſſoris: vt vtatˀ eo cuꝫ voluerit: ſicut ꝓprio inſtrõ: ita de iure naturali eſt ꝙ filius añꝙ̃ hẽat vſum rõnis: ſit ſb̃ cura patris. vñ contra iuſticiã nãlem eſſet: ſi puer anteꝙ̃ hẽret vſum liberi ar. a cura parentũ ſb̃trahatˀ: vel de eo aliqd ordinetˀ inuitis parentibus. Poſt ꝙ̃ aũt incipit hẽre vſuꝫ liberi ar. iam incipit eſſe ſuus. ⁊ poteſt quantum ad ea que ſunt iuris diuini vl' nãl' ſibi ipſi ꝓuidere. ⁊ tunc eſt inducẽdus ad fidẽ nõ coactiõe ẜ ꝑſuaſiõe. ⁊ põt etiã inuitis parẽtibꝰ ↄſentire fidei ⁊ baptizari: non aũt anteꝙ̃ hẽat vſum rõnis. vñ de pueris antiquoꝝ patrũ dr̃ ꝙ ſaluabãtˀ ĩ fide parentũ. per qᵭ datˀ intelligi ꝙ ad parẽtes ꝑtinet ꝓuidẽ filiis de ſua ſalute: ꝑcipue añꝙ̃ hẽant vſũ rõis. ¶ Ad pmũ g̃ dᵭ ꝙ in vinculo matrimoniali vterqꝫ ↄiugũ habẽt uſũ liberi ar. ⁊ vterqꝫ põt inuito alťo fidei aſſentire. ẜ hoc nõ hꝫ locum in puero añꝙ̃ hẽat vſuꝫ rõis. ẜ poſtꝙ̃ hꝫ vſum rõnis: tunc tenet ſilitudo ſi ↄuerti voluerit. ¶ Ad 2ᵐ dᵭ ꝙ a tꝑali non eſt aliquis eripiendus ↄtra ordinem iuris ciuilis. puta ſi aliquis a ſuo iudice cõdemnetˀ ad mortẽ: nullꝰ dꝫ eum violẽter eripe. vñ nec aliquis dꝫ irrumpe ordineꝫ

iuris naturalis: quo fili⁹ eſt ſb cura patris: vt eū liberet a piculo mortꝪ eterne. ¶Ad tertium dō ꝙ iudei ſunt ſerui pncipū ſeruitute ciuili: que non excludit ordinē iuris nāl' vel diuini. ¶Ad quartū dō ꝙ hō ordinat ad deū p rōnē p quā deū cognoſcere pōt. vn̄ puer anq̄ vſuꝫ rōnis hēat nāli ordine ordinat in deū p rōnē parētū. quoꝝ cure nāl'r ſbiacet: ꝛ ſm eoꝝ diſpoſitōeꝫ ſunt circa ipm diuina agēda. ¶Ad 5ᵐ dicendū ꝙ piculū qd̄ ſeqt ex pdicatione omiſſa nulli imminꝫ niſi ei cui eſt omiſſum pdicatōis officiuꝫ vn̄ in Ezech. pmittit. Speculatorē dedi te filiis iſrael. puidere autem pueris infideliū de ſacramētis ſalutis pertinet ad parentes eoꝝ. vn̄ eis īminet piculū pter ſbtractōeꝫ ſacramētoꝝ: ſi eoꝝ paruuli detrimentū ſalutis patiat.

Articul⁹. 8⁹.

Ad tertiū ſic pcedebat. Uidet ꝙ pter ꝯſuetudineꝫ aliq deobligēt a iure reddēdi decimas. Magis enī ē accipe decimas q̄ non dare. Sꝫ pter cōſuetudinē in aliquib⁹ terris aliqui milites accipiūt decimas. ꝛ hoc ab eccleſia tolerat. g̃ multo magis ppē ꝯſuetudinē aliqui deobligāt vt decimas nō ſoluant: neq; ſoluere teneant. ¶Sꝫ ꝯtra. Jus diuinū non abolet p diſſuetudinē. Sed decime debent de iure diuino. g̃ p diſſuetudinē nō abolet ius reddēdi decimas. Tenet g̃ hoīes reddē decīas ꝯtraria ꝯſuetudine non obſtante. ¶R° dicendum ꝙ ea que ſunt de iure poſitiuo p diſſuetudinē abolēt. Ea ꝟo que ſunt a iure nāli vel de iure diuino nulla diſſuetudine aboleri pn̄t. Nulla enim diſſuetudine fieri pōt vt ſit licitū furari uł mechari. Eſt g̃ ꝯſiderādū ad ppoſitā qōnē vtrū dare decimas ſit de iure diuino: vel de iure poſitiuo humano. Jus aūt diuinū ī nouo ꝛ ueteri teſtō ꝯtinet. ꝛ quidē nō appet in nouo teſtamēto aliqd pceptum datū de decimis ſoluēdis ī doctrina dico euāgelica vel apoſtolica. Q enim dr̄ Mat. 23. de ſolutōe decimaꝝ: hoc oportuit facere ꝛ illa n̄ omittere. ꝛ ꝙ dicit phariſeus Lu. .18. Decimas do omniū q̄ poſſideo. magis videt ad ſtatū ueteris teſtī ptinē q̄ obſeruātie noui teſtamēti formā imponere. Jn veteri autem teſtō triplex genus preceptoꝝ erat quedā enim erāt precepta moralia quedā iudicialia. quedā cerimonialia. Precepta moralia ſunt q̄ ſunt indita nāli rōi: ad que hoīes omnī tempore obligant. vt honora prēꝫ ꝛ matrē. non mechaberis. nō furtū facies. ꝛ ſilia. Precepta autē iudicialia ſunt per que iudicia exercebātur. puta ſi quis furaret vnā ouem redderet quatuor. ꝛ huiuſmodi pcepta non ſunt indita rōni nāli: nō enim ratio naturalis habet: ꝙ ille qui furatur ouem magis reddat q̄tuor q̄ tres vł vnam. ſ; tamen per huiuſmodi precepta determiatur morale preceptum. Habet enim rō naturalis: ꝙ ille qui furat debeat puniri. ſed ꝙ tali pena puniat hoc determinat p pceptum iudiciale.

Precepta autē cerimonialia veť'is legis sunt q̄ ptinēt ad obseruātiā3 diuini cult⁹. ⁊ sunt ordinata ad fi/gurādū aliqđ futurū: sicut imolatō agni pascalis figurabat occisionē3 xpi. Est ḡ ↄsiderādū vtrū pceptu3 de decimis psoluēdis sit morale vł iudiciale: vel cerimoniale. Si enim morale est: ad hoc omnes tenenť ⁊ omni tpe: nulla obstāte ↄtraria cō/suetudine. ꝫ hoc nō videť: quia rō nālis nō dictat magis ꝙ hō mīstriſ dei det decimā q̄3 vndecimā vel nonā ptē fructuū. Si aūt sit pceptū iudiciale: non tenētur ad decimas dandas: sicut nō tenenť omnes ad iudicādū ẜm iudicia in lege veteri ↄscripta. qa illa iudicialia pcepta sunt spālr̄ illi populo data ↄsidera tis ↄditiōib⁹ ei⁹. nō enī eadē omni/bus expediūt. Si aūt sit pceptū ce/rimoniale: non solū obligaret: sed etiā obseruatū non induceret in pctm̄. peccaret enī si quis agnū pascalem imolaret: quia post aduētū vitatis cessauerūt figure. Dicēdū est ḡ sic antiq magr̄i dixerūt: ꝙ quedā pre/cepta legis sunt pure moralia. vt n̄ occides. non furtū facies. quedam aūt pure sunt cerimōialia. vt imo/latio pascał agni ⁊ circūcisio. q̄da3 aūt sūt media. ẜm aliquid moralia: ⁊ ẜm aliquid cerimonialia: sicut p̄/ceptū de obseruatione sabbati est morale quātū ad hoc ꝙ aliqđ tp̄ꝰ geti deputeť ad vacādū diuinis. Hoc enī rō naturalis h3. ꝫ ꝙ dies septima sit deputata: hoc est ex de terminatiōe dei ꝓpter aliquā figu rā. vn̄ hoc est cerimoniale. Sic ḡ pceptū de decimis psoluēdis ē q̄dē ẜm aliquid morale. vt. s. qui ꝑ toto populo diuino obsequio vacāt: sti/pendiis populi sustēreneť. sicut ⁊ q in aliis officiis reipublice seruiūt a populo sustentāť. ⁊ ẜm hūc modu3 proponiť hoc pceptū in nouo testō Dicit enim domīn⁹ Mat. 7. Dign⁹ est opari⁹ cibo suo. ⁊ ap̄lus dicit. i. ad cor. 9. Q: dn̄s ordinauit vt qui euangeliū ānūciāt de euāgelio vi/uant. ⁊ q altario deseruiūt de alta rio viuant. S3 quantū ad determi natū numerum decime non est de iure nāli: neq3 est pceptum morale. ꝫ est cerimoniale: inquantū referť ad figurandū aliquid circa xp̄um: vel etiā est iudiciale ẜm ↄueniētiā ad illum populū: in quo multitudo ministroꝝ tali taxatiōe opus erat ad ministroꝝ dei sustētationē. Sic ḡ hoc ↄmune qđ est ꝓuidē mīstris dei in necessariis vite ē de iure di/uino quasi morale pceptū ⁊ de iur nāli exn̄s. Ad quelib3 aūt pncipem qui pōt leges cōdere: pertinet ius naturale ↄmune p ius positiuū de terminare. nihil enim est aliud ius positiuū q̄3 determinatio iuris nāł sicut ius nāle h3 ꝙ malefactor puni atur. ꝫ ꝙ tali pena puniať: hoc de/terminaťp ius positiuū. ¶ Quia ḡ ecclesia h3 potestatē ↄdendi lege3 in his que ptinēt ad cultū dei: po/tuit p ecclesie statutū taxari q̄titas eoꝝ que sunt danda ministris dei a populo. ⁊ vt eēt quedā ↄsonātia noui ⁊ veteris testamenti: statuit eccl'ia vt taxatio ueteris testamēti seruareť etiā in nouo. vnde omnes

teneñ ad decimas: velint nolint. poſſet autem eccleſia ſtatuere: ſi cã ſteſſet vel in maiori vel in minori numero. puta ꝙ dareñ octaua vel duodecima: ſicut ⁊ ꝙ deñ decima. Patꝫ ğ ꝙ nulla ↄſuetudo ↄtraria ſoluit hominẽ ab obligatione reddendi decimas. quia hec obligatio fundatur ſupra ius diuinũ ⁊ ſupra ius naturale. vñ ſemp teneñ hoĩes reddere decimas: ſi eccleſia exigat: etiã ↄtraria ↄſuetudine nõ obſtante. ⁊ in terris in quibus eſt ↄſuetudo ꝙ decime ſoluanẽ: ipſa ↄſuetudo quaſi expoſtulat decimas. vnde peccaret qui nõ redderet. ſ; ĩ terris in quib⁹ non eſt ↄſuetudo ↄmunis ꝙ decime deñ: ⁊ ecclĩa non petit: uideñ eccleſia remittere dũ diſſilat ⁊ iõ hoĩes in terris illis nõ peccãt decimas non dando. Duꝛ eniꝫ eẽt dicere ꝙ omnes hoĩes Italie ⁊ orientaliũ partiũ damnareñ q decĩas non ſoluunt. Et hi⁹ argumẽtũ poſſum⁹ ab apoſtolo accipere: cui cum deberẽt neceſſaria vict⁹ ab his q b⁹ p̄dicabat: tñ non accipiebat: nec tñ peccabãt qui ei non dabãt. alioqn male cum eis egiſſet nõ accipiẽdo p̄ſertim cum ip̄e dicat act. zo. Non enim ſbterfugi quo min⁹ ãnũciarẽ vobis omne ↄſiliũ dei. ⁊ ideo apl's non exigebat qđ ſibi debebatur: ne dareñ aliqđ offendiculũ euangelio ut ip̄e dicit. vñ nõ bñ facerẽt rectores eccleſiaꝝ: ſi in terris illis decimas exigerẽt: in quib⁹ nõ ẽ ↄſuetudo dari: ſi pbabilr̃ crederẽt ꝙ ex h̃ ſcandalũ naſceretur. ¶ Ad illud ğ qđ in ↄtrariũ obr̃ dđ ꝙ milites q accipiũt decimas in aliquib⁹ terris non hñt ius accipiẽdi decimas. h̃ enim ius eſt ſpũale debitũ miſtris dei. vñ non cadit in laycã pſonam ſ; res ille tpales que a iure exiguñ ex ↄceſſione ecclĩe date ſunt aliq̃bus militib⁹ ppter aliqua ſeruicia que fecerũt eccleſie: ſicut ⁊ eccleſia põt remittere ip̄os fructus q debẽtur p decima. non tñ remittit ius exigendi decimas. nec tollit debitum reddendi.

D Einde queſitũ eſt de his q̃ ꝑtinent ad v̄tutes circa res humanas. ⁊ circa hoc queſita ſunt duo. ¶ Primo vtrum fili⁹ teneañ obedire parentib⁹ carnalib⁹ in indifferẽtib⁹. ¶ 2⁹ vtruꝫ vẽditor teneañ dicere emptori vitium rei vendite.

¶ Articul⁹. 9⁹.

AD pmũ ſic pcediñ. Uideñ ꝙ filius teneañ obedire parentibus carnalibus q̃tuꝫ ad omnia. ¶ Diciñ eñi Deut. zi. Si genuerit homo filiũ ↄtumacẽ ⁊ pteruum: qui nõ audiat patris aut matris imperiũ: lapidib⁹ eũ obruet populus ciuitatis. Sꝫ pena talis nõ infligereñ niſi grauiter peccaret ñ obediẽdo. ğ filii teneñ obedire parentib⁹ carnalib⁹ p oĩa. ¶ Preterea apl'us dicit ad Col. 3⁹. Filii obedite pẽrib⁹ p omnia. ¶ Preterea p̄cepta moralia affirmatiua q̃uis non ad ſemp obligẽt. tñ nũꝙ ↄtrariuꝫ facẽ licet. Sꝫ p̄ceptũ morale affirmatiuũ ẽ de honoratoẽ parẽtũ. ğ nũꝙ licꝫ irreuerẽtẽ eẽ parẽti. qđ eẽt ſi ei⁹ mãdato nõ obediretur. teneñ ğ fili⁹ in

omnib⁹ pſītib⁹ obedire. ¶Sȝ ɔtra Non min⁹ obediēdū ē patrib⁹ ſpūalib⁹ qȝ carnalib⁹: ſꝫ magis. vt hꝛ ꝑ apl'um ad heb. iz. Sȝ patrib⁹ ſpūalib⁹ nō tenēt ſbditi obedire in indifferentib⁹. Religioſi enī qui obedientiā ꝓfitēt: nō tenent obedire ſuis ꝓlatis: niſi in his que ſunt ſꝫm regulā. vt Ber. dicit in li. de diſpēſatione ⁊ ꝓcepto. ergo nec parentibus carnalib⁹ filii tenent in indifferētibus obedire. ¶R° dō ꝙ cū obedientia ꝓlato debeat ad illa ſe extendit debitū obediētie: ad q̄ ſe extendit ius prelatiōis. habet aūt pater carnalis ius prelationis in filiū. Primo quidē quātū ad domeſticā ɔuerſatōeȝ. Sic enī eſt pr̄ familias in domo: ſicut rex in regno. vñ ſicuti ſbditi regis tenēt obedire regi in his que ptinēt ad gubernatiōeȝ regni. ita etiam filii ⁊ alii domeſtici tenēt obedire patrifamilias in his que ptinēt ad diſpēſatōeȝ domus. ¶Z° quātū ad moꝝ diſciplinā. vñ apl'us dicit ad heb. iz. Patres q̄dē carnis noſtre hūim⁹ eruditores: ⁊ obtemperabam⁹ eis. dȝ enī pr̄ filio nō ſolū educationē ſꝫ etiā diſciplinā. vt phs dicit. In his ergo fili⁹ tenetur obedire patri carnali ⁊ nō aliis. ¶Ad pmū ergo dō ꝙ loquit ibi Moyſes de impio paterno qō pertinet ad diſciplinā moꝝ. vñ ibidem dr̄. Monita noſtra audire ɔtemnit comeſatōib⁹ vacat ⁊ luxurie atqȝ cōuiuiis. ¶Ad z^m dō ꝙ apl'us dicit obediēdū eſſe parētib⁹ per omnia: ad que ſe ius ꝓlationis extēdit. Ad tertiū dō ꝙ nō exhibet irreuerētiā ꝑcipienti: ſi nō obedit ei i his ī quib⁹ obedire non tenetur.

Articul⁹. io⁹.

AD z^m ſic ꝓcedit. Videt ꝙ venditor nō teneat dicere vitiū rei vendite emptori qa ſꝫm leges ciuiles venditor ⁊ emptor ſe inuicē decipe poſſunt. nulla aūt poſſet eſſe deceptio: ſi vēditor rei vendite vitiū emptori dicere teneret. ergo non tenet. ¶Sȝ dicebat ꝙ leges nō loquūt ſꝫm foꝝ ɔſciē: ſꝫ qō nūc loquimur eſt ſꝫm foꝝ ɔtenſioſuȝ. ¶Sȝ ɔtra. Scdm phm in z° ethico. Intētio legiſlatoris ē ciues facere bonos. qō ergo licet ſꝫm leges: nō eſt ɔtrariū vtuti. ⁊ ita etiā non eſt ɔtrariū ɔſciē. ¶Sȝ ɔtra ē qȝ leges ciuiles. Si aliqs vendat aīal morbidū tenet de vitio. ergo tenebat dicere vitiū emptori.. ¶Preterea Tulli⁹ dicit in li. de officiis. Qȝ ad officiuȝ boni viri ptinet. vt dicat emptori illud ꝓ quo res min⁹ venderet. hi⁹ aūt eſt vitiū rei vēdite. ergo vēditor tenet dicere emptori vitiū rei vēdite. ¶R° dō ꝙ aliquid pertinet ad bonū viꝝ: ad qō tñ hoīes nō tenent. ſicut ad bonū viruȝ ptinet ꝙ liberalr̄ amico ſua bona largiatur quāuis ad hoc nō teneat. Sȝ aliqd pertinet ad bonū viꝝ: ad qō tenet .ſ. ꝙ reddat alicui qō iuſtū ē. Nam actus iuſticie ē vt reddat alicui qō ei debet. Et ideo vnuſqſqȝ vēditor ad hoc tenet vt iuſtā venditioneȝ faciat. non aūt vt faciat vēditōeȝ liberalē dimittens aliquid de ꝑcio iuſto. Iuſticia aūt equalitas q̄dā ē. vt dr̄ in 5°. eth. Eſt ergo iuſta vēditio

qn̄ p̄ciū acceptū ab hn̄te equat̄ rei vendite. iniuſta aūt ſi non equet̄: ſ; plus accipiat. Si ḡ vitiū rei vendite faciat rem min⁹ valē q̄ p̄ciū impoſitū a venditore: iniuſta erit venditio. vn̄ peccat occultans vitiū. Si aūt non faciat rem min⁹ valere q̄ p̄ciū impoſitū: quia forte vēditor min⁹ p̄ciū imponit ꝑter vitiū: tunc non peccat tacēs vitiū: q̄a venditio nō eſt iniuſta. ⁊ forte eēt ſibi damnoſū ſi vitiū diceret. quia emptor vellet habere rem etiā pro minori p̄cio q̄ valeret. Liberalr̄ tn̄ faceret ſi damnoſū ꝓpriū ɔtemnēt vt ſatiſfaceret volūtati alteri⁹: ſ; ad hoc non teneat̄. ¶ Ad p̄mū ḡ dō q̄ p illud dictum legis nō h̄r q̄ licitū ſit ſimplr̄ venditori decipere emptorē: ⁊ econuerſo. ſ; dr̄ aliqd eē licitū ſm legē: qđ p legē nō punit̄ ſicut ſm legē veterē licebat libell⁹ repudii. ¶ Ad zm̄ dō q̄ p̄cepta legis ſunt doctrina ad perfectā ꝟtutē tn̄ act⁹ pfecte ꝟtutis non cadūt ſb p̄cepto legis humane: ſ; phibet q̄dā grauiora: vt gradatim hoīes rei̅ſti a malis p ſeipos ad ꝟtutes exerceāt̄. permittit aūt quedā minora peccata eis penā non infligens: q̄a ſine his non facile inuenit̄ hominū multitudo: ⁊ de talib⁹ eſt deceptio que eſt inter vēdētes emētes: quia plurimi ſunt qui volūt vili emere: ⁊ care vendere. vt aug. dicit in li. de trini. ¶ Ad illud vero qđ p̄mo in ɔtrarium obr̄ dō q̄ illud intelligendū eſt: qn̄ morbus pecoris facit pecus min⁹ valere q̄ vendatur. Ad zm̄ dō q̄ ea rōne Tullius dicit q̄ vir bonus non tacet vitium rei vendite: quia ad viꝝ bonū nō pertinet decipere aliquē. deceptio aūt non eſt ſi id qđ tacet̄ de re vēdita non facit rem min⁹ valere q̄ p̄ciū quod pro ea accipitur.

Deinde queſitū eſt de p̄lat̄is Et circa hoc queſita ſunt duo. ¶ Primo vtrū p̄ctm̄ ſit appetē p̄lationē. ¶ 2° vtꝝ p̄ctm̄ ſit p̄dicatori h̄re oculū ad rē tp̄alē.

¶ Articul⁹. xi⁹.

Ad p̄mū ſic ꝓcedit̄. Uidet̄ q̄ p̄ctm̄ ſit appetere p̄lationē. Nō enī uidet̄ q̄ poſſit appeti ſine p̄ctō id quod non fuit ī ſtatu nature integre: ſ; ſolū ī ſtatu nature corrupte. Sz p̄latio nō fuit in ſtatu nature integre: ſ; incepit eē poſt peccatū: qn̄ dictū ē mulieri Sub viri poteſtate eris. ḡ peccatū eſt p̄lationē appetere. ¶ Preterea appetit⁹ videt̄ eſſe de his q̄ ptinēt ad ſtatū future glorie. Sz in futuro ceſſabit omnis p̄latio. vt dicit q̄dā glo. i. ad cor. 15. ḡ peccatū ē appetē p̄lationē. ¶ Sz ɔtra eſt qđ dr̄. i. ad Thi. 5°. Qui bene preſunt preſbri: duplici honore digni habeant̄. Sz non eſt peccatū appetere illud cui debet̄ honor. qui non debetur niſi ꝟtuti. ḡ non eſt peccatum appetere p̄lationē. ¶ R̄° dō q̄ hanc q̄ōnem ſoluit aug. 19. de ciui. dei. vbi dicit q̄ loc⁹ ſupior ſine quo popul⁹ regi n̄ pōt: et ſi adminiſtret̄ vt decet: tn̄ indecēter appetit̄. Cui⁹ rō eſt: quia qui appetit p̄lationē aut ē ſuperb⁹ aut iniuſt⁹. Iniuſticia enī ē q̄ aliqs uelit ſibi plus de honore accipe aut

de poteſtate: aut de aliis hoib⁹ bonis: niſi ſit maioꝛib⁹ dign⁹. vt dr̄ in .5°. eth. Qꝛ aūt aliquis eſtimet ſe eē magis dignū p̄latione omnib⁹ illis ſup quos p̄latione accipit ſupbie ꝛ p̄ſumptōis eſt. vn̄ p₃ ꝙ quicūq₃ p̄lationē appetit aut eſt iniuſt⁹: aut ſupb⁹. ꝛ ideo null⁹ ſuo appetitu d₃ ad p̄latiōe₃ puenire. ſ ſolū dei iudicio ſm illud ap̄li ad heb. 5. Nemo ſibi aſſumit honoꝛē. ſ qui vocaꝰ a deo tanq₃ Aaron. pōt tn̄ aliquis licite appetere ſe eſſe dignū p̄latione vl̄ opera boni p̄lati: p quib⁹ debetur honoꝛ. ❡ Un̄ p₃ rn̄ſio ad vltimū. Prime v̄o due rōnes nō recte ɔcludunt. qa etiā ea que nō fuerūt ī ſtatu īnocētie nec erunt in ſtatu gl̄ie poſſunt licite appeti. ſicut ſ. b. ici: penitere: ꝛ alia hi⁹. quāuis p̄latio q₃ ad aliquid fuiſſet in ſtatu īnocētie: ꝛ futura ſit in ſtatu gl̄ie. ſ. quantū ad ſupioꝛitatē grad⁹ ꝛ quātum ad gubernationē vel regimē. nō autē quātū ad coactā ſeruitutē.

❡ Articul⁹. iz⁹.

Ad z^m ſic pcediꝰ. Uideꝰ ꝙ peccatū ſit p̄dicatoꝛi hēre oculū ad tpalia. Dē enī Lu. .iz. Querite p̄mo regnū dei. Glo. i. bona eterna. ꝛ hec oīa adiicientur vobis. Glo. etiā nō querētib⁹. ḡ nō licet p̄dicatoꝛi hēre oculū ad terrena. ❡ S₃ ɔtra ē qd̄ dr̄. i. ad. coꝛ. 9. Deb₃ q arat in ſpe arare. Glo. Stipēdioꝝ tpaliū. ḡ licet p̄dicatoꝛi de quo ibi loqꝰ: hēre oculū ad terrena ❡ Rn̄° dd̄ ꝙ habē oculū ad terrena ɔtingit dupl'r. vno mō ſic ad mercedē vel p̄miū. ꝛ ſic p̄dicatoꝛi non licet habē oculum ad terrena. quia ſic faceret euangeliū venale. Alio mō ſicut ad ſtipendia p neceſſitate ſuſtentatōis vite. ꝛ ſic licet habeꝰ p̄dicatoꝛi oculū ad terrena. vn̄. p^a ad Thi. 5. ſup illud. Qui bn̄ preſūt preſbri ꝛc. dicit glo. aug. Neccitatis eſt accipe. vn̄ īniuſ. caritas ē pbeꝰ. non tn̄ venale eſt euangeliū p his Si enim ſic vendūt: magnā rē vili vendūt. accipiāt ḡ ſuſtentatione₃ neceſſitatis a populo. mercedē diſpenſatiōis a dn̄o. ꝛ p hoc p₃ rn̄ſio ad obiecta.

Deinde q̄ſitū fuit de penis peccatoꝝ. ❡ Et primo de ipſis penis. ❡ z° de remiſſione penaru₃. ❡ Circa p̄mū queſita ſunt duo. ❡ Primo utꝝ aīa ſepata poſſit pati ab igne coꝛpoꝛeo. ❡ z° vtrū duoꝝ qui eadē pena ſunt digni vn⁹ diutius moreꝰ in purgatoꝛio ꝙ alius.

❡ Articulus. i3⁹.

Ad p̄mū ſic pcediꝰ. Uideꝰ ꝙ aīa a coꝛpoꝛe ſeparata n̄ poſſit pati ab igne coꝛpoꝛeo: qa ſm ph̄m. qd̄ non tangit non agit. Sed ignis coꝛpoꝛe⁹ non tangit aīam ſeparatā a coꝛpoꝛe: cū nō habeat terminos coꝛpoꝛales. que aūt ſe tāgūt habēt vltima ſimul. ḡ aīa ſepata n̄ patiꝰ ab igne coꝛpoꝛeo. ❡ Preterea illa que patiunꝰ adinuicē inuicem ɔuerti poſſūt. S₃ aīa n̄ pōt ɔuerti ī ignē coꝛpoꝛeū nec ecōuerſo. ḡ aīa nō poteſt pati ab igne coꝛpoꝛeo. Pretēa Ber. dic. Qꝛ nihil ardet in inferno: niſi p̄pa volūtas. S₃ ppꝛia uoluntas cū ſit quoddā ſp̄uale non

poteſt eē mā ignis corporalis. g̃ aīa a corpore ſepata n̄ pōt ab igne cor/poreo pati. ¶ Sȝ ɔtra ē qḋ dr̄ Iſa. vltimo. Ignis eoꝝ nō extinguet̄.

¶ Rx̄ dd̄ ꝙ pati multiplr̄ dr̄. vno mō pati ɔmuniter dictū idem ē qḋ recipe. ſm ꝙ ſentire ⁊ intelligē eſt quoddā pati. ⁊ hoc mō aīa ɔiūcta corpori patit̄ a reb⁹ corporeis ſen/tiendo ⁊ intelligendo. ſ an ſepata a corpore poſſit hoc mō a reb⁹ cor/poreis pati: alteri⁹ qōnis eſt ꝓpter quoſdā qui dicūt ꝙ aīa ſeparata a corpore ⁊ etiā angel⁹ pōt accipe cognitionē a reb⁹ ſenſibilib⁹. ſ ſi etiaȝ hec opinio eſſet ṽa: tn̄ pati ſentiendo ⁊ intelligēdo eſt pfici nō puni/ri: niſi forte p accn̄s: inquātū id qḋ ſentit̄ vel intellr̄ repugnat voluntati. ſed ipm ſentire vł intelligē ſȝ ſe ɔſideratū penale nō eſt. Alio mō dr̄ pati ꝓpŕie loquēdo ſm ɔtrarie/tatē agentis ad patiēs. put. ſ. pati dicimur: cū aliquid nobis aduenit qḋ ē ɔtrariū nature vel voluntati noſtre: ⁊ ſm hoc infirmitas ⁊ tri/ſticia paſſiones dicūt̄. Et hec qdeȝ paſſio duplr̄ eſſe pōt. vno mō p re/ceptioneȝ forme ɔtrarie. ſicut aqua patit̄ ab igne quātū calefit. ⁊ per ɔn̄s diminuit̄ qualitas nāl'is ei⁹. h̄ mō ſepata aīa nō pōt pati ab igne corporeo: qa nec calefieri pōt: nec deſiccari: nec ſm formā aut q̄litatē quācūq; ignis corporei īmutari. Alio mō dr̄ pati oē illud qḋ q̄cūq; mō impedit̄ a ſuo ꝓprio impetu vel inclinatōe. ſicut ſi dicim⁹ lapidē deſcēdētē pati: cū impedit̄ ne deorſuȝ ꝑueniat. ⁊ ſicut dicim⁹ hoīem pati cū detinet̄ vel ligat̄ ne vadat quo vlt. ⁊ ita p modū ligatōis cuiuſdā aīa patit̄ ab igne corporeo. vt aug. dicit. xi. de ci. dei. Nō enī hoc ē ɔt nāȝ ſpūs corpori alligari: cū videamus aīaȝ nālr̄ alligari corpori ad viuificādū ipm. Demones etiā per nigromātiā ptāte ſupioꝝ demonū alligāt̄ aliqb⁹ imaginib⁹: vł aliqb⁹ aliis reb⁹. vn̄ multo magis pn̄t ſpūs alligari diua ṽtute igne corporeo: nō vt det vitā: ſ vt accipiāt penā ſicut aug. dicit. Sȝ qa qḋ ē minoris ṽtutis non pōt ſua ṽtute ligare id quod eſt maioris ṽtutis. inde eſt ꝙ nullū corp⁹ pōt ligare ſpm q ē ma/ioris ṽtutis: niſi aliqua ſupiori ṽtu/te. ⁊ ꝓpter hoc dr̄ ꝙ ignis corpore⁹ agit ī aīaȝ ſepatā: nō ṽtute ꝓpria: ſ inquātū ē inſtr̄m diuine iuſticie vīdicantis. ¶ Ad pmū g̃ dd̄ ꝙ ignis tāgit aīam: nō quidē tactu mathe/matico: qui attendit̄ ſm terminos quātitatiuos. ſ magis ɔtactu ṽtutꝭ nō ꝓpe: ſ quā hȝ inquātū ē inſtr̄m diūe iuſticie. ¶ Ad zᵐ dd̄ ꝙ ratio illa ꝓcedit de paſſione que eſt per ſuſceptōeȝ forme ɔtrarie. ¶ Ad ȝᵐ dd̄ ꝙ ꝓpria volūtas dr̄ ardere in inferno: qa meret̄ ardorē.

¶ Articul⁹. 14⁹.

Ad zᵐ ſic ꝓcedebat̄. Videt̄ ꝙ duoꝝ q ſunt digni eq̄li pena vn⁹ non poſſit citi⁹ a purgatorio liberari q̄ ali⁹. Judici/um enī p⁹ mortē nō ē hoīs ſ dei: q ſm ṽitatē iudicat. vt dr̄ ad ro. z⁹. Sȝ ɔtra ṽitatē iudicaret: ſi vni eo/rū qui ſunt digni equali pena infli

gereť granioꝛ pena ſenſus ꝙ̄ alteri dilatio aūt glorie ē maioꝛ pena: ꝙ̄ acerbitas pene ſenſus. qꝛ ſicut dic Criſo. ſup Mat. Carē viſione diña eſt maioꝛ pena ꝙ̄ quelꝫ pena ſenſibilis. ḡ vn⁹ eoꝝ q digni ſūt equali pena nō maioꝛē dilationē glorie patieť altero citi⁹ liberato. ¶ Preterea malū ſm aug. dr̄ quia nocet. nocet aūt qꝺ adimit bonū. dilatio autem glorie adimit mai⁹ bonū. ſ. bonum increatū. ḡ mai⁹ malū. ⁊ ſic idē qꝺ ꝑus. ¶ Sꝫ ↄtra eſt qꝺ magr̄ dicit ī 4⁰ ſnīaꝝ. di. 45. Q ille ꝓ quo fiunt plura ſuffragia citi⁹ a penis purgatorii liberať. Contingit aūt ꝙ pro vno eoꝝ qui digni ſūt equali pena fiūt plura ſuffragia ꝙ̄ ꝓ alio. ḡ un⁹ citi⁹ liberabiť. ¶ Preterea in fine mundi inueniūť aliqui cremabilia quedā hn̄tes: quoꝝ dilatio a gl̄ia nō erit tā diuturna ſicut eoꝝ q mō cremabilia deferūt ad purgatoriū qꝛ breuis moꝛa erit inter moꝛtē ⁊ reſurrectionē. vt aug. dicit. ḡ pari rōne ⁊ nūc eoꝝ qui equalia cremabilia deferūt vn⁹ pōt min⁹ differri a gl̄ia ꝙ̄ ali⁹. ⁊ ſic erit citi⁹ liberat⁹ a penis. ¶ R̄ñ⁰ dō ꝙ iſta qꝺ fundať ſupra ꝟtutē ſuffragioꝝ. vtꝝ. ſ. ſuffragia facta ꝓ aliquo valeāt illi ſolū ꝓ quo fiūt ad liberatōē: vl̄ etiā aliis. Circa qꝺ aliq dixerūt ꝙ ſi magis valēt illi ꝙ̄ aliis: imo foꝛte magis valēt aliis ſi ſint meli⁹ diſpoſiti ad recipiēdū ſuffragioꝝ ꝟtutē: ⁊ ponūt exēplū: ſicut ſi accēdať cerens in domo ꝓ aliquo diuite: q ſit cecus: illuīat oēs in domo exñtes. ⁊ foꝛte alios magis illuīat ſi habeāt limpidioꝛ viſū. ⁊ ſm hāc opīonē duoꝝ qui ob equales culpas in purgatorio detineť: vn⁹ nō pōt citius liberari ꝙ̄ alter. ſꝫ hanc opīonē non reputo verā. Cui⁹ rō ē qꝛ ſuffragiū vni⁹ valet alteri ꝓpter duo. Uno mō ꝓpter vnitatē caritatis: qꝛ oēs qui ſunt in caritate: ſunt quaſi unū coꝛp⁹. ⁊ ita bonū vni⁹ redūdat in omnes: ſicut man⁹ deſeruit toti coꝛpori. ⁊ ſimilr quodlibet coꝛpoꝛis membꝝ. ⁊ ſm hoc qꝺcūꝗ bonū factum ab aliquo valet cuilꝫ in caritate exñti. ſm illud ps. Particeps ego ſum oīum timētiū te ⁊ cuſtodiētiū mandata tua. Alio mō ſm ꝙ ꝑ intentionē alicui⁹ act⁹ eius transferť in alteꝝ. puta ſi aliquis ꝓ altero ſoluat aliquod debitū ꝓ eodē hr̄ ac ſi ille ſolueret pro quo ſoluitur. Primo ḡ modo valet opus bonum per modum meriti: cuius radix eſt caritas. ſed ſecundo modo opus vni⁹ valet alteri per modum ſatiſfactionis. prout vnus pro altero ſatiſfacere poteſt. ſi hoc intēdat. ⁊ talis valoꝛ attenditur in ſuffragiis que ad hoc fiunt: vt per ea homines liberentur a debito pene. Et ideo dicendum eſt ꝙ ſuffragia per iſtum modum non valent niſi illis pro quibus fiunt. ⁊ ſecundum hoc ſi pro aliquo fiunt multa ſuffragia citius liberatur a pena purgatorii ꝙ̄ alii pro quibus non fiunt. etiam ſi equalia peccata detulerint Concedendum tamen eſt ꝙ ſuffragia pro vno facta omnibus valent inquātū ſcilicet oēs q ſciūt gaudēt ex caritate de bonis: ꝙ̄ ex caritate

fiūt. ⁊ ſm hoc veruȝ eſt ꝙ illis pro quib⁹ nō fiūt pl⁹ valēt ſuffragia: ſi ſint maioris caritatis. ¶ Ad pmūȝ ḡ dō ꝙ peccato veniali cū nō hēat auerſionē a deo ꝑ ſe loquēdo: non debeť pena carentie viſionis diue nec ſimplr̄: nec ad tp̄us. Sed ꝙ ad tp̄s retardeť a viſione diuina: hoc ↄtingit ꝑ accidens. quia. ſ. quādiu digni ſunt aliqua pena: nō poſſunt participare ſūmā felicitatē: que in dei viſione ↄſiſtit. iuſticia aūt reſpicit penā ꝑ ſe debitā peccato. nō aūt eā que ꝑ accidens ↄſequiť. ⁊ ꝑ hoc patet rn̄ſio ad 2ᵐ. Tertiā ↄcedim⁹ ⁊ quartum ſilr̄. Illi tn̄ qui in fine mundi viui repienť paꝝ habebūt de cremabilib⁹: p̄cedētib⁹ tribulationibuſ p̄purgati. poterit etiā fieri vt acerbitas pene modici tp̄is recōpēſet diuturnitatē pene in aliis.

Deinde queſitū fuit de remiſſione pctōꝝ. Et circa hᷓ queſita ſūt duo. ¶ Primo vtrū peccatū in ſpūȝ ſanctū ſit irremiſſibile. ¶ 2ᵒ vtrū cruce ſignatus q moriť anq̄ iter arripiat trāſmarinū plenā hēat pctōꝝ remiſſioeȝ.

¶ Articul⁹. i⁹.

Ad pmū ſic procedebatur. Uideť ꝙ peccatū in ſpūm ſāctum nō ſit irremiſſibile. Una ē enī dignitas ⁊ maieſtas patris ⁊ filii ⁊ ſpūs ſancti. Sȝ pctm̄ ī filiū nō eſt irremiſſibile. Diciť eniȝ Mat. 12. Quicūꝗ ꝟbū ↄtra filiū hominis dixerit remitteť ei. ḡ pctm̄ ī ſpūȝ ſāctū nō ē irremiſſibile. ¶ Sȝ ↄtra eſt ꝙ ibidē dr̄. qui dixerit ↄt ſpūȝ ſāctū ꝟbā nō remitteť ei: neꝗ in hoc ſeculo neꝗ in futuro. ¶ Rᵒ dō ꝙ de pctō in ſpūȝ ſāctum triplr̄ aliqui ſunt locuti. Doctores enī añ aug. intellexerūt peccatū in ſpūm ſanctū eē blaſphemiā dictā ↄt ſpūȝ ſanctū: aut opa ei⁹. vel etiā ↄtra diuinitatē dei patriſ. aut filii. qa etiā pater ⁊ fili⁹ ↄmuniter ſumēdo ſpſ ſanct⁹ eſt. quia de⁹ ſpūs eſt. vt diciť Jo. 4. Peccatū aūt in filiū hoīs intelligūt blaſphemiā in xp̄o ſm hūanā nām. ⁊ vtroꝗ mō peccabāt iudei in xp̄m. Primo enī mō ↄtra eū peccabāt miracula que ꝑ ſpūȝ ſāctū ⁊ ꝟtute ſue diuinitatis faciebat pn̄cipi demonioꝝ attribuēdo. 2ᵒ aūt mō ↄtra eū peccabāt dicēdo. Ecce homo vorax potator vini: ⁊ publicanoꝝ amic⁹. vt dr̄ Mat. xi. Hāc ḡ ſecūdā blaſphemiā dicit remiſſibilē. qa hēbāt aliquā excuſationē ꝓpť infirmitatē carnis: quā in xp̄o videbāt. aliā ꝟo blaſphemiā dicit irremiſſibilē: quia nullā excuſationē habebāt uidētes manifeſta indicia ſpūs ſancti ⁊ diuinitatis. ꝓpter hᷓ hȝ Criſo. pſenerātib⁹ non fuit remiſſa hec blaſphemia neꝗ in hoc ſeculo neꝗ in futuro: qa ī hᷓ ſeculo puniti ſunt ꝑ ea ꝑ romanos. ⁊ in futuro cruciab ĭť ī inferno. Scdm aug. ꝟo ſpūi ſancto qui eſt caritas patris ⁊ filii attribuitur remiſſio peccatoꝝ Ille ergo ↄtra ſpūm ſanctum peccat vel blaſphemat: vel verbuȝ dicit corde ore aut opere: q hoc agit per impenitentiam vſꝗ ad finem vite ſue. vt non fiat ei remiſſio peccatorum. ⁊ tunc planum eſt: ꝙ hoc peccatum in ſpūm ſanctum nō

remittit: neq; in hoc ſeculo: neq; in
futuro. Doctores ṽo moderni dixe
runt. ꝙ qa patri attribuit potẽtia
filio ſapĩa. ſpũi ſancto bonitas. pec
catũ ex infirmitate eſt pc̃m ĩ prẽ3
peccatũ ex ignorantia eſt peccatũ
in filiũ. peccatũ ex certa malicia eſt
peccatũ in ſpũ3 ſc̃m. Quia g̃ igno
rantia vel infirmitas excuſat pc̃m
vel in toto vel in pte: dicũt ꝙ pc̃m
in patrẽ vel in filiũ remittit: quia
vel totalr̃ culpa caret: vel culpa di
minuit. malicia ṽo nõ excuſat pc̃m
ſ3 aggrauat. ⁊ iõ pc̃m in ſpũ3 ſc̃m
nõ remittit neq3 in toto neq3 ĩ pte
quia nõ h3 in ſe aliquã rõnẽ venie:
p quam diminuat culpa. ⁊ ſi aliqñ
remittat: hoc magis eſt ex miſicor
dia dei remittẽtis: qui etiã morbos
incurabiles curat: q̃ ex remiſſibili
tate pcĩ. Et p h̃ p3 ſolo ad obiecta.

Articulꝰ. 16ꝰ.

AD 2m ſic pcedit. Videt ꝙ
cruce ſignatꝰ qui moritur
anteq̃ iter arripiat: hẽat
plenã indulgẽtiã peccatoꝝ. Ad h̃
enim ꝙ indulgentia alicui valeat
requirit ꝙ ſit ṽe penitẽs ⁊ ɔfeſſus
vt ɔtinet in lr̃a papali. S3 cruce ſi
gnatꝰ decedẽs añ iter aſſumptum
h3 hec oĩa que requirũt ẽm forma3
lr̃e ad pcipiẽdã plenã indulgẽtia3
peccatoꝝ. g̃ plene pcipit eã. Pre
terea ſolꝰ deꝰ remittit peccatũ q̃tũ
ad culpã. Cũ g̃ papa dat indulgen
tiã omniũ peccatoꝝ: hoc non eſt re
ferẽdũ ad culpã: ſ3 ad vniuerſitatẽ
penaꝝ. Ille g̃ qui accipit crucẽ ẽm
formã lr̃e papalis: nullã penã pati
et p ſuis peccatis. ⁊ ſic ſtatim euo
labit plenã remiſſionẽ pcõꝝ ɔſecu
tus. S3 ɔtra. Aug. dicit in. 15ꝰ. de
trini. Qꝛ nõ eſt idem abſtrahẽ telu3
⁊ ſanare vulnꝰ. Telũ enim peccati
abſtrahit p remiſſionẽ peccati. vul
nus aũt ſanat p reformatiõe3 ima
ginis. que quidẽ fit p opa ſatiſfacti
onis. S3 cruce ſignatꝰ decedens añ
iter arreptũ nullũ laborẽ ſuſtinuit
ad reformationẽ imaginis. g̃ nõdũ
eſt ſanatũ vulnꝰ. ⁊ ſic non poterit
ad gloriã ſtatim puenire añq̃ pe
nas purgatorias patiat. Preterea
quil3 ſacerdos vtit talibꝰ ṽbis. ego
abſoluo te ab omnibꝰ peccatis tuis
Si g̃ cruce ſignatꝰ decedẽs euolar3
pari rõne quil3 aliꝰa quocũq3 ſacer
dote abſolutꝰ. quod eſt incõueniẽs
Rñꝰ dõ ꝙ ad euidẽtiã huiꝰ qõnis
ꝙ ſicut ſupradictũ eſt: opus vnius
põt eẽ ſatiſfactoriũ p alio ad quem
p intẽtionẽ faciẽtis refert. xps aũt
pro eccleſia ſua ſanguinẽ ſuũ fudit
⁊ mlta alia fecit ⁊ ſuſtinuit: quoꝝ
eſtimatio eſt infiniti valoris pter
dignitatẽ perſone. Vñ dr̃ ſapĩe. 8.
Qꝛ infinitꝰ eſt ĩ illa theſaurꝰ hoĩbꝰ
Silr̃ etiã ⁊ oẽs alii ſancti intẽtõe3
habuerunt in his que paſſi ſunt: ⁊
fecerunt propter deum. vt hoc eẽt
ad vtilitatem non ſolum ſui: ſ3 etiã
totius eccleſie. Totus ergo iſte the
ſaurus eſt in diſpenſatione eius q
preeſt eccleſie generali. Vñ Petro
dominus claues regni celorum cõ
miſit Mathei. 16ꝰ. Quando ergo
vtilitas vel neceſſitas eccleſie hoc
expoſcit: poteſt ille qui preeſt eccle
ſie de iſta infinitate theſauri com
municare alicui: qui per caritatem

fit mēbꝝ eccl'ie de ꝑdicto theſauro
quātū ſibi viſū fuerit opportunū.
vel vſq; ad totalē remiſſionē pena
rū: vel vſq; ad aliquā certā quāti
tatē.ita.ſ. ꝙ paſſio xp̄i ⁊ alioꝝ ſan-
ctoꝝ ei imputet̄: ac ſi ip̄e paſſus eēt
quātū ſufficeret ad remiſſionē ſui
peccati.ſicut ꝯtingit cum vn⁹ pro
alio ſatiſfacit.ut dictū ē. Ad h̄ g̃ ꝙ
indulgētia alicui valeat tria req-
runt̄. Primo cā ꝑtinens ad honorē
dei vel ad nccītatē aut vtilitatem
eccleſie.2° auctoritas in eo qui facit
Papa enī pōt ṗncipalr̄. alii v̄o in-
quātū poteſtatē ab eo accipiūt vel
ordinariā vel ꝯmiſſā;.ſeu delega-
tā. 3° requirit̄ vt ſit in ſtatu carita
tis ille qui indulgētiā percipe uult
Et hec tria deſignāt̄ in lr̄a papali.
Nā cā ꝯueniēs deſignat̄ in hoc ꝙ
ꝑmittit̄ de ſubſidio terre ſancte.au
ctoritas v̄o in hoc ꝙ fit mentio de
auctoritate apl'oꝝ Petri ⁊ Pauli
⁊ ipi⁹ pape.Caritas aūt recipiētis
in hoc ꝙ dr̄. Omnib⁹ v̄e penitētib⁹
⁊ ꝯfeſſis.nō dicit.⁊ ſatiſfaciētibus
qa indulgētia nō excuſat a ꝯtriti-
one ⁊ ꝯfeſſione: ſ; cedit in locū ſa-
tiſfactionis. Eſt g̃ dicēdū in q̄ſtiōe
ꝓpoſita ꝙ ſi ſm formā papalis litte
indulgētia ꝯcedat̄ accipiētib⁹ cru-
cē in ſubſidiū terre ſancte: cruce ſi-
gnat⁹ ſtatim h; indulgētiā: etiā; ſi
decedat anteq̄ iter arripiat. qa ſic
cā indulgētie erit nō iter: ſ; votū
itineris. Si aūt in forma lr̄e ꝯtine
at ꝙ indulgētia det̄ his q tranſierit
vltra mare: ille q decedit anq̄ trā
ſeat: n̄ h; indulgētiā: qa nō h; īdul
gētie cām. Ad ṗmū g̃ dō ꝙ ī h̄
vltimo caſu deficit in cruce ſigna
to decedēte illud qd̄ ē ṗncipali⁹.ſ.
indulgētie cā. Ad 2ᵐ dō ꝙ p au
ctoritatē ſol⁹ de⁹ culpā remittit. ſ;
miſterio etiā ſacerdos: inquātū ex-
hibet ſacrm̄ remiſſionis pc̄ti. puta ī
baptiſmo vl' pnīa. ⁊ tn̄ indulgētia
nō ſe extēdit ad remiſſionē culpe
qa nō eſt ſacramētal'. vn̄ nō ſequit̄
ordinē ſ; iuriſdictionē. pōt enī ⁊ nō
ſacerdos indulgētiā facere: ſi ſit ei
ꝯmiſſū. ⁊ ideo pena totalr̄ remitti
tur ſi cā ſubſit: nō aūt ſi cā deſit.
Ad 3ᵐ dō ꝙ ſatiſfactio ⁊ eſt puni-
tiua inquātū eſt act⁹ iudicatiue iu
ſticie: ⁊ eſt etiā medicatiua: in q̄tū
eſt quoddā ſacramētale. Indulgē-
tia g̃ ſupplet locū ſatiſfactōis ī q̄tū
eſt punitiua. quia.ſ. pena quā alius
ſuſtinuit imputat̄ iſti: ac ſi ipſe ſu-
ſtinuiſſet. ⁊ iō reat⁹ pene tollit̄. ſ; n̄
ſuccedit in locū ſatiſfactionis ī q̄tū
ē medicatiua. quia adhuc remanēt
ꝓnitates ad peccandū derelicte ex
ṗori peccato: ad quas ſanādas ne-
ceſſari⁹ eſt labor ſatiſfactionis. ⁊ iō
cruce ſignatis dum viuunt ꝯſulen
dum eſt vt non pretermittant ſa-
tiſfactionis opera. inquantum ſunt
preſeruatiua a peccatis futuris. h;
reatus pene ſit totaliter ſolut⁹: nec
ad h̄ requirit̄ aliqs labor. qa ſuf-
ficit labor paſſiōis xp̄i. morientibus
aūt n̄ ē neceſſaria hi⁹ ꝓſeruatio: ſ;
ſolū liberatio a reatu pene. Ad
4ᵐ dō ꝙ v̄bū ſacerdotis dicentis
Abſoluo te ab oībus peccatis tuis:
nō refert̄ ad penā ſ; ad culpā cui⁹
abſolutioni miniſterium impēdit.
Non pōt autem aliquis abſolui ab

vna culpa:quin abſoluat̄ ab oībus pena ꝟo pōt totalr̄ dimitti vel p/ticulariter.particulariter quidē in abſolutione ſacramētali pena di/mittit̄. totalr̄ ꝟo in ſpūali grā in/dulgentie.ſic etiā dn̄s dic̄ Jo.8.mu lieri adultere. Non te ꝯdemnabo. vade ⁊ amplius noli peccare.

¶Incipit quodlibet.3^m.

QUeſitū eſt de deo. de angelis. de ho minib⁹. ⁊ de crea/turis pure corpo/ralib⁹. De deo q̄ſi/tū eſt ⁊ quātū ad nām diuinā:⁊ quātū ad nām hūa/nā aſſumptā. ¶Circa diuinā nāꝫ queſita ſunt duo de potētia dei. Primo vtꝝ de⁹ poſſit facere ꝙ mā ſit ſine forma. ¶2° vtrū poſſit facē ꝙ idē corp⁹ ſil' localr̄ ſit ī duob⁹ lod

¶Articul⁹.pm⁹.

AD pmū ſic pcedit̄. Videt̄ ꝙ deus poſſit facere ꝙ mā ſit ſine forma. Sicut.n.mā ſm ſuū eſſe dependet a forma:ita accidēs a ſbiecto. Sꝫ deus pōt facē ꝙ accidens ſit ſine ſbiecto:vt patet in ſacramēto altaris. ġ pōt facere ꝙ materia ſit ſine forma. ¶Sꝫ ꝯᵃ. Deus non pōt facere ꝯtradictoria eſſe ſimul. Sed mām eē ſine forma implicat ꝯtradictionē:eo ꝙ eē ma/terie importat actum qui eſt forma Non ġ deus poteſt facere ꝙ mā ſit ſine forma. ¶Rñ° dicēdū ꝙ uni⁹ cuiuſqꝫ rei virtus actiua eſt eſtiman da ſm modū eēntie:eo ꝙ vnūqđqꝫ agit inquantū eſt ens actu.vn̄ ſi in aliquo inueniat̄ forma aliqua vel natura nō limitata ſeu ꝯtracta erit virtus eius ſe extendēs ad omnes actus vel effectus conuenientes illi nature. puta ſi intelligeretur eſſe calor per ſe ſbſiſtens vel in aliquo ſbiecto quod reciperet ipſum ſcōꝫ totum eius poſſe:ſequeret̄ ꝙ hēret virtutem ad pducēdū omnes act⁹ ⁊ effectus caloris. Si vero aliquod ſbiectum non reciperet calorem ſꝫ eius totum poſſe:ſ; cum aliqua con tractione ⁊ limitatione: non habēt virtutem actiuam reſpectu omniū actuum vel effectuum caloris.Cum autem deus ſit ipſum eſſe ſbſiſtens manifeſtum eſt ꝙ natura eſſendi conuenit deo infinite abſqꝫ omni li mitatione ⁊ contractione.unde ei⁹ virtus actiua ſe extendit infinite ad totum ens: ⁊ ad omne id quod poteſt habere rationem entis.Jllđ ergo ſolum poterit excludi a diūa potentia: quod repugnat rationi entis. ⁊ hoc non propter defectum diuine potentie:ſed quia ipſum nō poteſt eſſe ens.Unde non pōt fieri Repugnat autem rationi entis nō ens ſimul ⁊ ſm idem exiſtēs. vnde ꝙ aliquis ſimul ſit ⁊ non ſit: a deo fieri nō poteſt:nec aliquid ꝯtradi/ctionē includēs. ⁊ de hi⁹ eſt māꝫ eē actu ſine forma.omne enī qđ ē actu uel ē ipē act⁹:uel ē potētia pticipās actū. eē aūt actu repugnat rationī materie: que ſm ꝓpriā rōnē eſt ens in potētia. Relinqt̄ ġ ꝙ nō poſſit eē ī actu niſi inquātū pticipat act̄ ī act⁹ aūt pticipat⁹ a mā nihil eſt ali ud ꝙ forma. vnde idem eſt dictum

mãꝫ eē in actu: ⁊ mãꝫ hēre formam. Dicē ğ ꝙ mã ſit in actu ſine forma. eſt dicē ꝯtradictoria eē ſil'. vñ a deo fieri nõ põt. ¶ Ad illud ğ qḋ in cõtrariũ obr̃ dḋ ꝙ accñs ſm ſuũ eſſe depēdet a ſbiecto ſic a cã ſuſtētãte ipm. ⁊ quia de⁹ põt ꝑducē oēs act⁹ ſecũdaꝝ caꝝ abſq; ipſis cauſis ſecũdis põt ꝯſeruare in eē accñs ſine ſbiecto. ſ; mã ſm ſuũ eē actuale dependet a forma inquãtũ forma eſt ipe act⁹ ei⁹. vñ non eſt ſimile.

¶ Articul⁹. 2⁹.

Ad 2ᵐ ſic ꝓcedit̃. Videt̃ ꝙ de⁹ poſſit facē vnũ corpus ſil' eē localr̃ in duob⁹ locis. Difficili⁹ enĩ eſt ꝙ hec ſba mutet̃ ĩ illã ſbaꝫ q̃ ꝙ hꝫ accñs mutet̃ ĩ illud accñs. Sꝫ in ſacro altaris ex hoc ꝙ diuĩa ꝟtute ſba panis remanētib⁹ ei⁹ dimēſiõib⁹ ſm quas cõmēſurat̃ loco: ꝯuertit̃ in ſbaꝫ corporis xp̃i: ſequit̃ ꝙ idē corpus xp̃i ſit nõ localr̃ ſꝫ ꝯmēſuratõeꝫ ꝓpriaꝝ dimēſionũ ſ; ſacramētalr̃ in plib⁹ locis ſiml'. ğ põt facē ꝙ ꝯuertat̃ dimēſio huius corpis in dimēſionē alteri⁹ corpis. ⁊ ſic erit idē corp⁹ localr̃ ĩ duobus locis ſil'. ¶ Sꝫ ꝯ̃. Quia duo loca diſtĩguũt̃ adĩuicē ſm aliquã loci ꝯtrarietatē: q̄ ſunt ſurſũ ⁊ deorſũ. ante ⁊ retro. dextꝝ ⁊ ſiniſtꝝ. Sꝫ de⁹ ñ põt facē ꝙ duo ꝯtraria ſint ſil'. hꝫ. n. implicat ꝯtͣdictõeꝫ. ğ de⁹ ñ põt facē ꝙ idē corp⁹ localr̃ ſit ſil' ĩ duob⁹ locis. ¶ Rñ° dḋ ꝙ aliqḋ corp⁹ eē localr̃ ĩ aliq̊ loco: nihil ē aliud q̃ corp⁹ circũſcribi ⁊ ꝯphēdi a loco ſm ꝯmēſuratõꝫ ꝓpriaꝝ dimēſionũ. qḋ aũt ꝯphēdit̃ a loco aliq̊ ita ē ĩ ipo loco ꝙ nihil ei⁹ ē extͣ locũ illũ. vñ ponē ꝙ ſit localr̃ ĩ hꝫ loco: ⁊ tñ ſit in alio loco: ē ponē ꝯtradictoria eē ſil. vñ ſꝫ ꝓmiſſa hꝫ a deo fieri nõ põt. ¶ Ad illud ğ qḋ in ꝯtrariũ obr̃ dḋ ꝙ difficili⁹ eſt hꝫ accñs mutari in illḋ accidēs q̃ hãc ſbaꝫ mutari ĩ illã ſbaꝫ tũ qa due ſbe ꝯueniũt in ſbo mãli qḋ eſt pars eēntialis vtriuſq; ſbe. tũ qa ſba hꝫ indiuiduationē per ſe ipaꝫ. Accñs ꝟo nõ eſt ĩdiuiduabile ꝑ ſeipm ſ; ꝑ ſbm. vñ ñ põt ei ꝯuenire ꝙ hꝫ accñs ꝯuertat̃ in hꝫ accñs dato tñ ꝙ hec dimēſio cõuertet̃ in illã dimēſionē: nõ ſequet̃ ꝙ ideꝫ corpus eēt ĩ duob⁹ locis ſil: ſ; ĩ vno tm̃ qa ſicut poſtq̃ ſba panis ꝯuerſa ē ĩ ſbam corporis xp̃i. iam non ſunt ibi due ſbe: ſ; vna tm̃. ita etiã ſi hec dimēſio hui⁹ corpois ꝯuertat̃ ĩ illaꝫ dimſionē alteri⁹ corpis: iã nõ erũt due dimēſiones ſ; vna tm̃. ⁊ ſic nõ ꝯmēſuraret̃ diuerſis locis: ſ; vno tm̃

Deinde queſitũ eſt de deo: quãtũ ad humanã nãꝫ aſſũptã. ⁊ circa hoc q̄ſita ſũt tria. Primo quãtũ ad aĩaꝫ vtrũ .ſ. aĩa xp̃i ſciat infinita. ¶ 2° quãtũ ad corp⁹. vtrũ .ſ. ocul⁹ xp̃i p⁹ mortē dicat̃ equoce ocul⁹ vl' vniuoce. ¶ 3° quãtũ ad actũ ꝯiũcti q̊ eſt comeſtio vtꝝ .ſ. poſt reſurrectionē xp̃s vere comedit incorpando ſibi cibum.

¶ Articul⁹. 3⁹.

Ad pmũ ſic ꝓcedit̃. Videt̃ ꝙ anima Chriſti non poſſit ſcire infinita. Nullum; enim donuꝫ creatum cum ſit infinitũ: poteſt eleuare creaturam ad id quod eſt ꝓprium dei: quia tale eſt

infinitū. Sȝ grā vnionis eſt donuȝ creatū. cognoſcere aūt infinita eſt ꝓpriū dei.cui⁹ ſapīe nō eſt numer⁹ Ergo aīa xpi p grām vnionis non pōt eleuari ad cognoſcēdū īfinita ¶ Preterea Dio⁹.xi.c. celeſtis ierarchie ponit tria ſibi ꝓportionata: q̄ ſunt ſbā.ꝟt⁹.ꝛ opatio.ſ ſbā aīe xpi non pōt eē infinita.ḡ neq; ꝟt⁹ eius neq; opatio pōt eē infinita: vt infinita cognoſcat. ¶ Sed ɔtra. Intellect⁹ aīe xpi ñ eſt minor q̄ volūtas eius. Sȝ meritū xpi qḋ eſt act⁹ voluntatis aīe ei⁹ eſt infinitum: quia fuit ſufficiens ad infinitoꝝ pctōꝝ abolitionē.eſt enī ꝓpiciatio p pctīs toti⁹ mundi.vt dr̄.i.Jo.i.ḡ ꝛ actus intellectiuus aīe xpi pōt eē infinit⁹ vt infinita cognoſcat. ¶ Rñ⁹ dō q̄ hic eſt opus multiplici diſtinctiōe Primo enī ɔſiderandū eſt q̄ infinitū pōt dici ꝛ ſm formā ꝛ ſȝ mā̄ȝ. Dicit̄ enī infinitū ex eo q̄ nō finit̄ Finit̄ aūt ꝛ mā̄ p formā inquantuȝ materia que eſt in potentia ad diuerſas ſpēs. determinatur ad vnā ſpēm p formā ꝛ forma p mā̄ȝ:īq̄tū forma ſpēi que nata eſt eē in plˀibus indiuiduis ſm q̄ recipit̄ in hac mā̄ determinat̄ ad indiuiduū. Sicut ḡ materia ſine forma hȝ rōnē īfiniti ita ꝛ forma ſine mā̄.ꝛ ideo qa ipſa eēntia diuina non eſt recepta aliq̄ mā̄li:nec hȝ ꝑmixtionē alicui⁹ potētie:ſ eſt pur⁹ act⁹ ſbſiſtēs:ideo dicit̄ infinita.ꝛ quia vnūquodq; coḡſcitur p formam:ꝛ ſm q̄ eſt in actu.iō infinitum ſȝ mā̄ȝ eſt ſm ſe ignotū. vt dr̄ in.3.phi.Infinitū aūt ſm formā ē ſm ſe notiſſimū:ſ quo ad nos eſt ignotū:quia excedit noſtri intellect⁹ ꝓportionē:ꝛ quia quantitas eſt diſpoſitio materie: ꝛ infinitum quātitatis attēdit̄ ſm potētiam in aſſumēdo vnū poſt alterū.ꝛ iō infinituȝ quātitatis eſt ſm ſe ignotū ꝛ nō pōt aliquis intellect⁹ cognoſcere infinitū quātitatis in poſt aſſumēdo vnū poſt alteꝝ.ſ.numerando partē poſt partē. Itē ɔſiderādū eſt q̄ utroq; mō ɔtingit aliquid eē infinitū ſimplr̄.ꝛ aliqd ſm quid. Si enim aliqḋ corpus ſit infinitū ſm longitudinē nō aūt ſm latitudinē eſt infinitū ſm quid. Si ꝟo fuerit infinitū ſm omnes dimēſiones:erit infinitū ſimplr̄. Silr̄ ſi ītelligat̄ forma alicui⁹ ſpēi eſſe non in mā̄: vt platonici poſuerūt: erit infinita ſȝ quid. quātū.ſ. ad indiuidua illius ſpēi:tñ erit finita inquātū.ſ.determinat̄ ad genus ꝛ ſpēm. Sȝ diuina eſſentia eſt ſimplr̄ infinita: quia eſt abſoluta ab omni circūſcriptōe generis vl̄ ſpēi. ¶ Itē ɔſiderādū ē q̄ duplex eſt ſcīa. vna dr̄ ſcīa viſiōis p quā coḡſcūt̄ ea q̄ ſunt erūt vl̄ fuerūt. Alia ſimplicī noticie p quā coḡſcūt̄ ea q̄ nec ſunt nec erūt nec fuerūt:ſ eē pñt. Dicēdū ē ḡ q̄ de⁹ coḡſcēdo ſuā eēntiā: qa ɔphēdit eā: coḡſcit ſcīa ſimplicī noticie īfinita ſimplr.qa coḡſcit oīa q̄ ipe facē poteſt.ñ tñ coḡſcit ea ī p⁹ aſſumēdo .ſ.numerādo vnū poſt aliud.ſ oīa ſil̄. Aīa ꝟo xpi ñ ɔphēdit eēntiā dī ꝛ p ɔñs neq; ꝟtutē ei⁹. vñ nō pōt coḡſcē oīa q̄ de⁹ facē pōt.ꝛ iō non coḡſcit īfinita ſimplr.ɔphēdit aūt aīa xpi totam potentiam creature

Jn potentia aũt creature ſunt infinita: non ſimplr: quia potẽtia creature non ſe extendit ad omnia que deus põt: ſ ƀm aliquod gen⁹: ſicut ↄtinuũ eſt in potẽtia ad infinitas diuiſiões. vñ aĩa xp̃i ſcĩa ſimplicis noticie cognoſcit infinita ƀm qd: q̃ ſunt in potentia creature. ⁊ p h̃ pȝ rñſio ad obiecta. Nam p̄me due rões p̄cedũt de cognitõe infinitoꝝ ſimplr. ¶ Ad tertiũ dð ꝙ volũtas aĩe xp̃i eſt ꝟtus finita ſimplr. ſicut ⁊ intellect⁹ eius. meritũ autẽ xp̃i hȝ infinitatem ex dignitate. in quãtũ .ſ. eſt meritum dei ⁊ hominis.

¶ Ar⁹. 4⁹.

Ad 2ᵐ ſic p̄cedit. Uidet ꝙ ocul⁹ xp̃i poſt mortẽ nõ fuerit equiuoce oculus. corp⁹ enim xp̃i ⁊ quelȝ partiũ ei⁹ ſuſtentificat p ipoſtaſim dei ꝟbi. Sȝ ipoſtaſis ꝟbi dei manſit vnita corpori xp̃i ⁊ partibus eius poſt mortem. g̃ fuit idem ƀm ſbam corpus xp̃i poſt mortem ⁊ ante: ƀm totũ ⁊ ƀm oẽs partes eius. Non g̃ oculus xp̃i fuit equiuoce ocul⁹ poſt mortem. ¶ Preterea ph̃i loqui nõ nouerũt niſi de homine puro. Sȝ xp̃s nõ fuit pur⁹ homo: ſ homo ⁊ deus. g̃ ꝙ ph̃s dic oculũ hominis mortui eẽ equiuoce oculũ nõ hȝ locũ in xp̃o. ¶ Sȝ ↄtra. Xp̃s eſt vniuoce homo cum aliis hoĩbus: ⁊ mors eius fuit ꝟa ſicut ⁊ aliorum hominum morſ. Cum ergo oculus cuiuſlibet hominis mortui equiuoce oculus dicat: videtur ꝙ etiam oculus xp̃i poſt morteȝ ſit equiuoce oculus. ¶ R⁹ dð ꝙ equiuocũ ⁊ vniuocum dicit ƀm diffinitiuaȝ rõnẽ eandẽ vel nõ eandẽ. rõ auteȝ diffinitiua cuiuſlibet ſpẽi ſumit a forma ſpecifica ipſi⁹. Forma aũt ſpecifica hoĩs eſt aĩa rõnalis. vñ remota aĩa rõnali non põt remanẽ hõ uniuoce ſ equiuoce tñ. opȝ aũt idẽ accipe in partib⁹: qð eſt in toto. nã ſicut aĩa ſe hȝ ad totũ corp⁹. ita ps aĩe ſe hȝ ad partem corporis: vt viſus ad oculũ. vt dr̃ in. 2. de aĩa. vñ ſepata aĩa a corpore ſicut non dicit homo niſi equoce. ita nec dr̃ oculuſ niſi equiuoce. ⁊ hoc ĩdifferẽter: ſiue p̄ſupponat alia forma ſbalis in corpore añ aĩam rõnalẽ: vt quidã volũt. ſiue nõ: vt magis videt ↄſonũ veritati. quodcũq̧ enĩ eſſentialiũȝ p̄ncipioꝝ ſbtrahat: iaȝ nõ remanebit eadeȝ ratio ſpẽi. vñ nec nomen vniuoce dicet. Solo aũt hoc modo aĩa recedente remaneret corp⁹ humanum ⁊ partes eius ƀm eandem rõnẽ ſpẽi: ſi aĩa non vniret corpori vt forma. ſ tũc ſequeret ꝙ nec per vnionẽ aĩe eſſet ſbalis generatio: nec p ſepationẽ corruptio. qð qdeȝ ponere in corpore xp̃i ẽ hereticum. Dicit enĩ Dama. in. 3. li. ꝙ corruptionis nomẽ duo ſignificat. ſignificat enim humanas has paſſiões famẽ. ſitim. laborem. clauoꝝ pforationẽ. mortẽ. ſ. ſepationẽ aĩe a corpore. ⁊ quecũq̧ talia. Significat etiã corruptio pfectã corporis in ea ex qb⁹ ↄpoſitũ ẽ elemĩta deſtructõeȝ ⁊ diſſolutõeȝ. hui⁹ exp̃imẽtũ corp⁹ diñũ ñ hũit vt ait pͥpha. Nõ dabis ſãctũ tuũ videre dyaſtorã. i. deſtructiõeȝ Jncorruptibile autem ſecundum inſipientem Julianum ⁊ Galanuȝ

corpus dñi dicē ſm pmū corrupti-
onis ſignificatū añ reſurrectionez
impiū eſt. Si enī incorruptibile nō
omoſion.i.ɔſbale nobis ⁊ ñ ꝟitate
facta ſunt que facta eſſe euangeliuz
ait. ⁊ opinione ⁊ nō ꝟitate ſaluati
ſum⁹. Sicut ḡ xpūs in triduo mortꝭ
ꝓpter ſepationē aīe a corpore que ē
ꝟa corruptio: nō dr̄ fuiſſe hō vni-
uoce: ſʒ homo mortuus. ita nec ocul⁹
eius in triduo mortis fuit vniuoce
ocul⁹ ſʒ equiuoce. ſicut ocul⁹ mortu⁹
⁊ eadē rōe ē de aliis partib⁹ corpis
xpi. ¶ Ad pmum ḡ dicendū q ſba
dr̄ duplr̄. Qñq enim ſumit p ipo-
ſtaſi. ⁊ ſic verū eſt q corpus xpi ſu-
ſtentificatū manſit p ipoſtaſim dei
ꝟbi. non enim p mortem ſoluta eſt
vnio verbi neq ad aīam neq ad
corpus. ⁊ ſic remanet ſimplr̄ idem
corpus numero ſm ipoſtaſim ſiue
ſuppoſituz: quod eſt perſona verbi.
Alio modo accipit ſba p eēntia ul'
natura. ⁊ ſic corpus xpi ſuſtentifica
tur per animā ſicut per ſuaz formā
non aūt per ꝟbū: quia ꝟbū nō unit
corpori ut forma. hoc enim ē hr̄ticū
ſm hereſim Arrii ⁊ Apollinaris: q
poſuerūt ꝟbū eē in xpo loco anime
Sequēt etiam q eſſet vnio dei ⁊
hominis facta in natura. qd ptinet
ad hereſim Auticis. Sic ergo corp⁹
xpi poſt mortē ē ſimplr̄ idē ſm ſbaz
que eſt ipoſtaſis. non aūt ſm ſbam:
que eſt eſſentia vel natura. Uniuo
catio aūt ⁊ equiuocatio nō reſpic
ſuppoſitū ſʒ eſſentiā vel nām: quaz
ſignificat diffinitio. ¶ Ad 2ᵐ dd.
q ⁊ ſi xpūs nō ſit pur⁹ homo. eſt tñ
ver⁹ homo: ⁊ mors eius fuit vera
mors. vñ quicqd eſt verū de hoīe:
inquātū ē hō: ⁊ de morte hoīs: totū
eſt verū de xpo ⁊ de morte eius.

¶ Articulus. 5⁹.

Ad tertiū ſic pcedit. Uidet
q xpūs poſt reſurrectionē
ꝟe comederit cibū ſibi in-
corporando. quia vt aug. dic in li⁹.
.83. qōnū. Si fallit ꝟitas non ē. Uñ
nulla fictio decet xpūm qui ē ꝟitas
Eſſet aūt fictio ſi nō ꝟe ſibi cibū in
corporaret: quē ipe comedere vide
bat. Uere ḡ comedit incorporādo
ſibi cibū. ¶ Sʒ ɔtra eſt q Dam. dic
in.3.li. Q xpūs ⁊ ſi guſtauit cibum
poſt reſurrectionē: ſʒ ñ lege nature
ſʒ diſpenſatōis modo: veritatē cre
dere faciēs reſurrectionis. ⁊ q hec
eadē caro eſt: que paſſa eſt ⁊ reſur-
rexit. ¶ Rx⁹ dd q aliquid dr̄ eē ꝟū
duplr̄. vno modo veritate ſignifi-
cationis. alio mō ꝟitate naturalis
ſpēi. ſicut vox eſt vera ꝟitate ſigni
ficationis: qñ ſignificat eſſe quod
eſt. Ueritas autē nālis ſpēi depen-
det ex pncipiis ſpēi: nō aūt ex effe-
ctibus. vel ex his que quocūq mō
ɔſequunt. vñ vox dicitur vera ꝟi
tate nālis ſpēi: qñ formaſ debitis
inſtrīs: ⁊ ex ore aīalis pfert cū q̄dā
imaginatiōe: etiā ſi a nullo audiat
quod eſt effect⁹ ɔñs vocē. Legunt
aūt in ſcripturis abſq necitate ⁊
angeli comediſſe: ⁊ xps poſt reſur-
rectionē. ⁊ vtraq comeſtio fuit ꝟa.
vt aug. dicit. 13. de ci. dei. Aliter tñ
⁊ alr̄. In angelis enī fuit ꝟa ꝟitate
ſignificatōis. qa vt aug. ibidē dic.
angeli comederūt nō qa īdigebāt
ſʒ qa volebāt ⁊ poterāt. vt hoībus

quadaꝫ ſui miniſterii humanitate ꝯgrueret. In xp̄o aūt fuit vera comeſtio veritate naturalis ſpēi. fuit enim exercita naturalibus inſtr̄is ad hunc actum ordinatis. ⁊ etiam fuit vera veritate ſignificationis quia ſignificabat ueritatē humane nature in corpe reſurgente. Q aūt cibus ꝯuertat̄ in corpus: eſt qd̄aꝫ ꝯſequens comeſtionē. Vn̄ etiam in nobis ſi cibus non ꝯuertat̄: ſ ſtatiꝫ per vomitum eiiciat̄: nihilominus vera fuit comeſtio que p̄ceſſit. Nō aūt ꝯueniebat vt in corpus xp̄i cibuſ conuerteret̄. qd̄ iam erat extra ſtatum generationis ⁊ corruptōis vnde cibus ille fuit virtute xp̄i reſolutus in precedētē materiā. Non autē in xp̄i corpus ꝯuerſus. ⁊ tamē fuit vera comeſtio abſq3 aliq̄ fictōe vn̄ patet rn̄ſio ad obiecta.

Deinde q̄ſitū eſt de angelis Et circa hoc queſita ſunt tria. ¶ Primo vtr̄ aliquo modo angelus ſit cauſa aīe rōnalis ¶ 2° vtrū angelus influat in aīam humanā ¶ 3° vtrū angelus malus .i. dyabolus inhabitet ſb̄alr̄ hoīeꝫ in quolꝫ peccato mortali.

¶ Articul⁹. 6⁹.

Ad p̄mū ſic p̄cedit̄. Videt̄ ꝙ angelus ſit cauſa anime rōnalis. Quecūq3 enī qualificant̄ in natura. ita tn̄ ꝙ vnum eoꝝ eſt prius alio in ordine nature id quod eſt prius eſt cauſa eius qd̄ eſt poſteri⁹. Sꝫ aīa ⁊ angelus qualificat̄ in natura. ſunt enim homo ⁊ angelus in nā pares: officio diſpes angel⁹ tn̄ prius ē in ordine nature ꝙ anima humana: quia ē ſimplicior g̃ angelus eſt cauſa anime rōnalis. ¶ Sed ꝯtra. Aīa rōnalis educitur in eſſe per creationē. Sꝫ creare cuꝫ ſit potentie infinite eſt ſolius dei. Nō g̃ angel⁹ pōt eſſe cauſa anime rōnalis. ¶ R° dd̄ ꝙ impoſſibile eſt id qd̄ p creationē p̄ducitur ab alio cauſari ꝙ a p̄ma oīum cauſa. cuius rō eſt ſm̄ platonicos: quia quanto aliqua cā eſt ſuperior: tanto ei⁹ cālitas ad plura ſe extendit. vn̄ opꝫ ut in effectib⁹ id quod ad plura ſe hꝫ: ad ſupiorē cām referat̄. Manifeſtū eſt autē ꝙ in ordine p̄ncipioꝝ eēntialiū quāto aliqua forma eſt poſterior: tanto eſt magis ꝯtracta: ⁊ ad pauciora ſe extendit. quanto auteꝫ forma eſt prior ⁊ p̄pinquior ſb̄iecto p̄mo: tanto opꝫ ꝙ ad plura ſe extendat. Sequitur g̃ ꝙ forme poſteriores ſunt ab inferiorib⁹ agentibus. p̄ores ſb̄o ⁊ ꝯmuniores a ſupiorib⁹ Et ſic relinquit̄ ꝙ id quod eſt p̄mū ſb̄ſiſtēs in vnoquoq3 ſit a p̄ma oīuꝫ cauſa. Quelibet g̃ alia cauſa preter p̄mam opꝫ ꝙ agat p̄ſuppoſito ſb̄o: qd̄ eſt effect⁹ cauſe p̄me. Nulla g̃ cā alia pōt creare: niſi p̄ma cauſa que ē de⁹. Nā creare eſt p̄ducere aliqd̄ non p̄ſuppoſito ſb̄o. Quecūq3 g̃ nō pn̄t p̄duci in eſſe niſi p creationeꝫ a ſolo deo cāt̄. Hec autē ſunt illa que cum ſint ſb̄ſiſtētia vel nō ſunt ꝯpoſita ex mā ⁊ forma: ſ ſūt forme in ſuo eſſe ſb̄ſiſtentes: ſicut ſunt angeli. vel ſunt ea que ſi ſint cōpoſita ex materia ⁊ forma: tamē materia eorum non eſt in potentia niſi ad vnam formaꝫ: ſicut eſt in corporib⁹

celeſtib⁹. Utraꝫ enim hec nõ ꝓducant abſqꝫ ꝓductione ꝑmi ſbſtãtis in eis. Poſſunt aũt ꝓduci in actum abſqꝫ ꝓductione ꝑmi ſbiecti tã ꝯpoſita ex materia ⁊ forma: quoꝝ mã ẽ in potentia ad diuerſas formas. ⁊ ſic in eadẽ materia poſſunt ſibi diuerſe forme ſuccedere tam etiã forme que non ſunt ſbſiſtentes in ſuo eſſe: que quidẽ non dicũt eſſe: quia ipſa habeant eſſe: ſ; quia ſbiecta habent aliqualr̃ eſſe ſm ea. vnde nec ipſe ſm ſe dicunt fieri vel corrũpi. ſ; inquantum ſbiecta fiunt entia in actu vel non entia ſm ipas. Anima aũt rõnalis eſt ſbſiſtens in ſuo eſſe. alioquin non poſſ; hẽre operatiões; abſqꝫ ꝯmunione ſue materie. Un̄ relinquitꝫ q̄ aĩa rõnalis non poſſit produci in eſſe per creationẽ. ⁊ ita q̄ angelus nullo modo ſit cauſa ei⁹ ſ; ſolus deus. ¶ Ad illud ꝯo quod in ꝯtrariũ obr̃ dr̃ q̄ ꝑma ꝓpoſitio inducta videtꝫ includere oppoſita. Si enim aĩa ⁊ angelus parificantꝫ in natura: angelus nõ eſt prior aĩa ſm ordinem nature: niſi dicantur parificari in natura: quia cõueniũt in natura: non quidem ſpẽi ſ; gñis. Nõ aũt op; q̄ omniũ que ꝯueniũt in natura generis vel ſpẽi id quod ẽ ꝑus ſit cauſa omniũ alioꝝ. ⁊ q̄dẽ in eadem ſpecie non põt vnum eẽ ꝑus altero ꝓprie loquendo ordine nature: quia ſpẽs p̄dicatꝫ equalr̃ de omnib⁹ indiuiduis. vt dicitꝫ in .3°. metha. In generib⁹ aũt non eſt ſic. Nam inter ſpẽs vni⁹ generis vna eſt nãlr̃ ꝑor ⁊ perfectior altera. Eſt aũt in indiuiduis vnius ſpẽi vnu; altero tp̄e ꝑus. ⁊ quãuis aliq̄d indiuiduũ: q̄d eſt prius tempore: ſit cã cuidam alii: quod eſt poſterius. vt pater eſt cauſa filii: ſicut in obiciendo tangebatꝫ. non tñ hoc eſt vlr̃ verum. non enim omnes antiquiores ſunt cauſa omniũ iunioꝝ. Silr̃ etiam ꝯtingit id q̄d eſt prius inter ſpẽs eiuſdẽ generis eſſe alioꝝ ꝑncipium ⁊ cãm. ſicut motus localis alioꝝ motuum. ⁊ binari⁹ alioꝝ numeroꝝ: ⁊ triangul⁹ aliaꝝ figuraꝝ rectilineaꝝ. non tñ hoc eſt vlr̃ verũ Non eni; homo qui eſt ꝑfectiſſima ſpẽs aĩalis eſt cauſa actiua aliaru; ſpẽrũ. vnde non oportet q̄ angel⁹ ſit cauſa factiua aĩe. Procedit autẽ hec ratio ſm opinionẽ quorũdã ponentium deum agere per neceſſitatẽ nature. vt ſit ab vno ſimplici nõ ſit niſi vnum ĩmediate: quod ſit cã alterius. ⁊ ſic vſq; ad vltima rerũ. Nos autem ponimus deum agere omnia per ſuã ſapiam: per quam ordinem rerum diſponit. ⁊ ſic ab ipo diuerſi gradus rerum immediate per creationem ꝓducuntꝫ.

¶ Articul⁹. 7⁹.

AD 7ᵐ ſic ꝓceditꝫ. Uidetꝫ q̄ angelus non poſſit influẽ in animam humanã. Duoꝝ enĩ diſtantiũ unũ ñ influit ĩ alteꝝ niſi per aliquod mediũ. S; angelus ⁊ anima diſtant abinuicem. Cu; non ſit dare aliquod mediũ p quod influat influxus ab angelo in aĩa; videtꝫ q̄ angelus non poſſit influẽ in animam. ¶ Sed ꝯtra. Dio⁹. dic .8. c. cele. ier. Hoĩes purgantꝫ illuminantꝫ ⁊ ꝑficiuntꝫ ab angelis. S; hoc

non fit niſi per quendā influxū. g̃ angelus pōt influere in aīam hūanam. ¶ Rᵒ dō q̄ vnūquodq̄ agēs agit ſm modum ſue nature. ⁊ ideo vbi ignoratˀ modꝰ nature rei: necẽ eſt etiam vt modꝰ actionis eiꝰ ignoretˀ. Modꝰ aūt nature angelice eſt nobis ignotus ſecundū q̄ in ſe eſt. Non enī in hac vita ſcire poſſumꝰ de eis quid ſunt. ſ; aliqualē cognitionem de eis hēre poſſumꝰ p ſilitudinē ſenſibiliū reꝝ. vt Dio. dicit p̄ 7. z. c. cel. ierar. Vn̄ ⁊ modū actiōis ipſoꝝ cognoſcere nō poſſumꝰ niſi p ſilitudinē ſenſibiliū agentiū. Inuenimꝰ aūt in ſenſibilibꝰ agentibꝰ q̄ id qd̄ eſt in actu: agit in id qd̄ eſt ī potentia. ⁊ q̄ opꝫ q̄ agēs ꝯiungatˀ patienti ſm ſitū p corporalē ꝯtactū Quanto aūt natura intellectualis eſt ſuperior: tanto eſt magis actualˀ vtpote deo ſimilior: qui eſt actꝰ purus. vnde ſuperiores angeli poſſūt agere in inferiores angelos: ⁊ ī animas noſtras. ſicut id quod eſt ī actu agit in id quod ē in potentia. ⁊ hiꝰ actio dr̄ influxus. Qd̄ aūt eſt in corporalibꝰ ſitꝰ eſt in ſpūalibꝰ ordo. nā ſitꝰ eſt quidā ordo partiū corporalium ſm locū. ⁊ ideo ipſe ordo ſbarū ſpūaliū adinuicē ſufficit ad hoc q̄ vna influat in alterā: nec requiritˀ ibi mediū corporale vel locale: qa hiꝰ actiones ſunt ſupra locū ⁊ tp̄s que in corporalibus ſunt. ⁊ per hoc patet ſolutio ad obiecta.

Articulꝰ. 8ꝰ.

Ad 8ᵐ ſic ꝓceditˀ. Videtˀ q̄ dyabolꝰ ſemp ſbalr̄ inhabitet hoīeꝫ qn̄cūq̄ peccat mortalr̄. Culpa enim mortalis opponitˀ grē. Sꝫ ſpūs ſanctꝰ ſemp inhabitat hoīem cū grā: ſm illud. i. ad Cor. 3. Templū dei eſtis. ⁊ ſpūs dei habitat in vobis. g̃ etiā ſpūs īmūdus ſemp inhabitat hoīeꝫ cū culpa mortali. ¶ Sed ꝯtra eſt q̄ dyabolꝰ p peccatū inhabitat hoīem ſicut p ſuum effectū. Sꝫ nō omne peccatuꝫ mortale eſt a dyabolo. ſ; qn̄q̄ a carne ⁊ mundo. g̃ dyabolꝰ non ſemper inhabitat hoīem cū culpa mortalī. ¶ Rᵒ dō q̄ dyabolum inhabitare hominē pōt intelligi dupl̄r. Vno mō quātū ad aīam. alio modo q̄tū ad corpus. Quātū ad aīam quideꝫ nō pōt dyabolꝰ inhabitare hoīem ſbaliter. quia ſolꝰ deꝰ illabitˀ menti nec ita dyabolꝰ cauſat culpam ſicut ſpūs ſanctꝰ grām. Spūs enī ſanctꝰ interiꝰ operatˀ. ſ; dyabolꝰ exterius ſuggerit. vel quantū ad ſenſuꝫ vel quantū ad imaginationē. Dicitˀ tn̄ inhabitare affectū hoīs p effectum malitie: non ſolū qn̄ ex eiꝰ ſuggeſtione peccatū perpetratˀ: ſ; etiam per quodcūq̄ peccatū mortale: quia ex quolibetcunq̄ peccato mortali hō ſeruituti dyaboli addicitˀ. Sꝫ q̄tū ad corpus dyabolꝰ poteſt hominē ſbaliter inhabitare. ſicut patet in arreptitiis. ſ; hoc magis ptinet ad rōnem pene q̄ ad rōnem culpe. Pene autem corporales huius vite nō ſemper ꝯſequūtˀ culpam: ſ; quādoq̄ peccātibꝰ nō inferūtˀ: ⁊ quādoq̄ nō peccātibꝰ inferūtˀ. vt dr̄ Ioh. 9ᵒ. de ceco nato. ⁊ hoc eſt ſm altitudineꝫ incōprehenſibiliū iudiciorum dei. vn̄ nō cum qualibet culpa mortali

dyabol⁹ inhabitat hoīem ſbſtanti-
alr:etiam quantū ad corpus. Et p
hoc patet rñſio ad obiecta.

D Einde queſitū eſt de hoīb⁹
Et pmo queſita ſunt qdã
ptinētia ad quoſdã hoīes
excellētioris ſtatus.ſ.ad doctores ⁊
religioſos. ¶ 2° quedã ptinētia ad
hoīes inferioris ſtat⁹.ſ.laycos. ¶ 3°
quedã ptinentia ɔmuniter ad oēs
hoīes. ¶ De doctorib⁹ ſacre ſcriptu
re queſita ſunt duo.. ¶ Primo utꝝ
liceat ꝙ aliquis p ſe petat licentiã
in theologia docendi. ¶ 2° vtrum
auditores diuerſoꝝ magr̄oꝝ theo
logie hñtiū ɔtrarias opiniones ex
cuſent a peccato ſi ſequātur falſas
opiniones magiſtroꝝ ſuoꝝ.

¶ Articul⁹.9⁹.

A D pmū ſic pcedebat. Uide
tur ꝙ nemini liceat p ſe pe
tere licētiam in theologia
docendi. Doctores ſacre ſcripture
adhibēt miniſterio vbi dei:ſicut ⁊
plati. Sꝫ non licet alicui petere pre
latione.imo vt Grego.dic in regi
ſtro. Recuſantib⁹ dignitates eccle
ſiaſtice ſunt ɔferēde.petentib⁹ aūt
ſunt denegande. ḡ nec alicui licꝫ
petere cathedrã magiſtralē ad do
cendū in ſacra ſcriptura. ¶ Prete
aug.dicit.19.de ci.dei.Locus ſupe
rior ſine quo populus regi non pōt
⁊ ſi adminiſtret vt decet. incōue
nienter tñ appetit.ḡ ⁊ inconueni
enter petit. Pari ḡ rōne cathedra
magiſtralis que eſt etiã loc⁹ ſupior.
¶ Sꝫ ɔtra eſt ꝙ Grego.dicit in pa
ſtorali.ꝙ gradus magiſtroꝝ eſt pe
riculoſus.gradus autē diſcipuloꝝ
eſt ſecurus. Sed hoc videt ad pfe
ctionē ptinere: vt aliquis pter ali
quod bonū periculis ſe exponat. ḡ
videt eſſe laudabile ꝙ aliquis ca
thedrã magiſtralē appetat. ⁊ p ſe
petat. ¶ R° dō ꝙ ad euidentiã h⁹
queſtionis opꝫ triplicē differētiam
ɔſiderare cathedre magiſtralis ad
cathedrã pontificalē. Quarū pma
eſt ꝙ ille qui accipit cathedrã ma
giſtralē non accipit aliquã eminē
tiã quam pus non habuerat: ſ ſolū
opportunitatē ɔmunicādi ſcientiã
quam pus non habebat. Non enꝫ
ille qui licentiat aliquē dat ei ſciãꝫ
ſ auctoritatē docēdi. Ille vo qui ac
cipit cathedram epiſcopalē accipit
eminētiã poteſtatis quã prius non
hēbat: ſ quantū ad hoc in nullo ab
aliis differebat. 2ª differentia ē ꝙ
eminentia ſcīe que requirit ad ca
thedrã magiſtralē eſt pfectio hoīs
ſm ſeipm.eminentia vo poteſtatis
que pertinet ad cathedrã pontifi
calē ē hominis per ɔparationē ad
alium. 3ª differentia eſt ꝙ ad ca
thedrã pōtificalē fit homo idone⁹
per caritatē excellentē. vnde dn̄s
anteꝙ Petro ſuaꝝ ouiū curã ɔmit
teret queſiuit ab eo. Symon Johis
diligis me plus his. vt dr Jo.vlt.
Ad cathedrã aūt magiſtralē red
dit homo idone⁹ ex ſufficiētia ſcīe
His ḡ ɔſideratis manifeſtū eſt ꝙ
appetere aliquid quod ptinet ad
perfectionem ſui ipſius eſt lauda
bile. vn̄ appetit⁹ ſapientie eſt lau
dabilis. Dicit enꝫ ſap.6.ꝙ ɔcupiã
ſapientie pducit ad regnū ppetuū
Appetit⁹ aūt poteſtatis ſuper alioſ

eſt vitioſus.quia vt Grego⁹.dicit
Contra nãm ſupbire eſt hoīem hoī
velle dñari.vñ ſi ille qui dat licen
tiã ad cathedrã magiſtralẽ poſſit
eminentiã ſapīe dare:ſicut ille qui
pmouet ad cathedrã pontificalẽ
dat eminentiã poteſtatis: eſſet ſim
pliciter expoſcenda:cum tñ petere
excellẽtiã poteſtatis ſit turpe.Cum
aũt ille qui accipit licẽtiã ad cathe
drã magiſtralẽ accipiat ſolã oppor
tunitatẽ cõmunicandi qd hꝫ petere
hi⁹ licẽtiã quantũ eſt in ſe nullam
videt turpitudinẽ cõtinẽ. qa cõmu
nicare aliis ſciãm: quã quis hꝫ lau
dabile eſt:⁊ ad caritatẽ ptinẽs ſcḋ
illud Sap.8.Quã ſine fictiõe didici
⁊ ſine inuidia cõmunico. Et.pª Pe.
.4.dr. Unuſquiſqꝫ ſicẽ accepit grãz
in alterutrũ illã admĩſtrãtes. Põt
tñ turpitudinẽ cõtinere rõne pſum
ptionis:que eẽt ſi ille qui non ẽ id
neus ad docendũ peteret docendi
officiũ.Sꝫ hec pſumptio nõ equalr
eſt in petentib⁹ licẽtiã ad docẽduz
⁊ in petentib⁹ pontificatũ.Nã ſci
entiã p quã aliquis eſt idoneus ad
docendũ põt aliquis ſcire per cer
titudinẽ ſe habere. Caritatẽ autez
per quã aliquis eſt idoneus ad offi
cium paſtorale non põt aliquis per
certitudinẽ ſcire ſe habere. ⁊ ideo
ſemper eſt vitioſum pontificatum
petere. nõ ſemper autẽ vitioſum ẽ
petere licentiã docendi:quãuis ho
neſtius ſit qꝫ p aliũ petat: niſi forte
aliquando ex cauſa aliqua ſpũali.
Per hoc gͦ pꝫ rñſio ad pmas duas
rationes. Ad tertiũ dicẽdũ qꝫ q
cunqꝫ non cauet pericula videtur
cõtemnere id cui⁹ detrimẽtũ picula
inducere poſſũt. ⁊ quia laudabile
eſt qꝫ homo cõtemnat bona corpalia
pter bona ſpũalia:laudabile eſt qꝫ
aliquis periculis corporalib⁹ ſe ex
ponat pter ſpũalia bona. Sꝫ cõtẽnẽ
ſpũalia bona eſt valde vitioſum:⁊
ideo qꝫ aliquis periculis ſpũalibus
ſe exponat:eſt valde vituperandũ
Imminẽt aũt pericula ſpũalia his
qui habẽt magiſterii locũ.Sꝫ picla
magiſterii cathedre paſtoralis de
uitat ſciã cũ caritate:quã homo ne
ſcit ſe p certitudinẽ habere. picula
autẽ magiſterii cathedre magr̃alis
vitat homo per ſciãm quã põt hõ
ſcire ſe habere. vnde non eſt ſimil
ratio de vtroqꝫ.

Articulus.10⁹.

Ad zᵐ ſic pcedit.Uidet qꝫ
auditores diuerſoꝝ magi
ſtroꝝ tenẽtiũ diuerſas opi
niones excuſent a peccato erroris:
ſi opiniones magiſtroꝝ ſuoꝝ ſeqnt
Dicit enim dñs Mat.23.ſup cathe
drã moyſi ſederũt ſcribe ⁊ phariſei
omnia que dicũt vobis ſeruate ⁊
facite.Multo gͦ magis ſeruãda ſũt
illa que tradunt a doctorib⁹ ſacre
ſcripture.gͦ non peccãt qui eoꝝ opi
niões ſequũt. Sꝫ cõtra ẽ qꝫ dr Mat
.15.Si cec⁹ ducatũ ceco pſtet:ambo
in foueã cadũt. Sꝫ qcũqꝫ errat cec⁹
eſt inquantũ errat. gͦ quicũqꝫ ſeqt
opinionẽ errantis magiſtri ĩ foueã
peccati cadit. Rñ dicẽdum qꝫ di
uerſe opiniones doctoꝝ ſacre ſcri
pture ſiquidẽ nõ pertineãt ad fidẽ
⁊ bonos mores abſqꝫ periculo au
ditores vtrãqꝫ opinionẽ ſequi pñt

Tunc enim h3 locū qđ apl's dicit ad
ro.14. Unuſq̄ſq3 in ſuo ſenſu abun
dat. In his v̄o que ptinēt ad fide3
⁊ bonos mores null⁹ excuſat̄ ſi ſeq̄t
erroneā opinionē alicuius magiſtri
In talib⁹ enī ignorātia nō excuſat
alioquin īmunes a peccato fuiſſent
qui ſecuti ſunt opinionē Arrii. Ne
ſtorii. ⁊ alioꝝ hereſiarchaꝝ. nec po
teſt excuſationē habere ꝓpter ſim
plicitatē auditoꝝ: ſi in talib⁹ erro
neā opinionē ſequat̄. In reb⁹ enim
dubiis nō eſt de facili preſtandus
aſſenſus. quinīmo vt aug⁹. dicit in
li.3. de doctrina xp̄iana. Conſulē d3
quis regulā fidei: quā de ſcriptura
rū planiorib⁹ locis ⁊ eccleſie aucto
ritate pcepit. Qui ḡ aſſentit opini
oni alicui⁹ magiſtri ꝯtra manife
ſtū ſcripture teſtimoniū: ſiue ꝯtra
id qđ publice tenet̄ ſm eccleſie au
ctoritatē: non pōt ab erroris vitio
excuſari. ¶ Ad illud ḡ qđ in ꝯtra
rium obī dicendū ꝙ ideo premiſit
ſuper cathedrā Moyſi ſederūt ſcri
be ⁊ phariſei. ut quod poſtea ſbdit
omnia que dixerint vobis ſeruate
⁊ facite: de illis intelligat̄ que ad
cathedram pertinent: ad quā non
pertinent ea que ſunt ꝯtra fidem
vel bonos mores.

D Einde queſitum eſt de his
que pertinēt ad religioſos
Et p̄mo quātū ad īgreſſū
religionis. ¶ 2⁰ quantū ad ea que
ꝯueniūt iam in religione exn̄tibus
¶ Circa p̄mū queſita ſunt quatuor
¶ Primo vtrū liceat iuuenes in
ducere ad religionis ingreſſum p
obligationē voti vel iuramēti.
2⁰ vtrū ſic obligati voto vel iura
mento poſſint abſq3 peccato ī ſeclo
remanere. ¶ 3⁰ vtrum liceat pc̄tō
res ad religionem inducere. 4⁰
vtrum peccēt qui aliquē iurare fa
ciūt ne religionē ingrediat̄.

¶ Articul⁹. xi⁹.

A D p̄mū ſic pcedebat̄. vide
tur ꝙ non liceat iuuenes
īducere ad religionē uoto
vel iuramēto. Illicitū enī eſt cōtra
eccleſie ꝓhibitionē agere. S3 Inno
cētius quart⁹ ꝓhibuit in quibuſdā
lr̄is ad religioſos directis hi⁹ voti
ſuſceptionē. ḡ peccant qui voto vl'
iuramento aliquos ad religionem
obligare p̄ſumunt. ¶ Preterea ex
de regularibus ⁊ tranſeuntib⁹ ad
religionem. c. i. dī. Nullus tondea
tur niſi legitima etate ⁊ ſpōtanea
voluntate. Sed quando adoleſcen
tes obligati voto vel iuramento
ad religionem ſuſcipiuntur tonſo
rantur non in legitima etate: neq3
ꝓpria voluntate. Sed neceſſitate
obligationis voti vel iuramenti. ḡ
hoc videtur eſſe illicitum. ¶ Pre
terea magis eſt neceſſarium vt ali
qui adducantur ad fidem xp̄iana3
q̄3 ad aliquam religionem. Sed ad
fidem xp̄ianam non ſunt aliqui in
ducendi neceſſitate ſed voluntate
Dicitur enim. 45. diſtin. c. de iude
is. Q non vi ſed libera animi volū
tate: ⁊ facultate vt conuertantur
ſuadendi ſunt. Ergo multo minus
imponenda eſt neceſſitas voti vel
iuramenti vt aliqui ad religione3
adducantur. ¶ Item hoc eē videt̄
ꝯt̄ honeſtatē religiōis. Adoleſcētū

enim ſicut facilis eſt ingreſſus ad religionē:ita etiam facilis eſt egreſſus. Sed ex hoc religio dehoneſtari videtur:q de facili recipiāt eos qui de facili exeunt. ergo inconueniens videtur adoleſcentes ad religionem recipere. ¶ Preterea nō ſunt faciēda bona vt veniant mala. Sed ex iſto bono q iuuenes inducuntur ad religionem ſequunt multa mala:quia apoſtatant ⁊ illegitimas nuptias ꝯtrahunt. ⁊ multa alia illicita cōmittunt.ergo non ſunt ad religionem aduocandi. Preterea Math.23.dicit dominus Ue vobis ſcribe ⁊ pharisei qui circuitis mare ⁊ aridam vt faciatis vnum proſelitum:⁊ cum fuerit factus:faciatis eum filium iehēne duplo q vos.quod ꝓpoſito videt competere. Efficiuntur eī ſic ī trātes iehenne filii dupliciter. Primo quidem quia male intrant:ſcilicet contra prohibitionem eccleſie. Secundo quia etiam male exeunt apoſtando.ergo qui eos inducūt de diuine maledictionis incurrunt. ¶ Item hoc videtur eſſe contra neceſſitatem probationis. Dicitur enī prima Joh.4. Nolite omni ſpiritui credere:ſed ꝓbate ſpiritus ſi a deo ſunt. Hoc autem non videtur eſſe a deo vt tales religionem ingrediantur: cum frequenter exeant poſt ingreſſum. Dicitur enim actuū.5°. Si eſt ex hominibus conſilium hoc ⁊ opus diſſoluetur. Si uero ex deo eſt conſilium non poteritis diſſoluere. ergo videtur q contra deū faciant qui eos inducunt. ¶ Sȝ ꝯt Quicunq; poteſt ſe obligare dyabolo:poteſt etiam ſe obligare deo. Sed pueri poſſunt ſe obligare dyabolo peccando vt dicitur extra de delictis puerorum.c. Pueris. ergo etiam poſſunt ſe obligare voto vl iuramento ad ſeruiendum deo in religione. ¶ Preterea.20.q.i.dicit Q firma erit virginitatis ꝓfeſſio exquo adulta iam etas eſſe inceperit:⁊ que ſolet apta nuptiis deputari.ergo poſſunt etiam in tali etate aliqui obligari ad religionē voto vel iuramento. ¶ Reſponſio dicendum q humani actus ꝓpter diuerſos caſus vniforme iudiciū habere non poſſunt.nec tamen ſi contingit aliquid in aliquo caſu eſſe malum: ꝓpter hoc iudicandum eſt eſſe ſimpliciter illicitum. Poſſet ḡ contingere aliquis caſus in quo aliquem adoleſcentem ad religioneȝ obligare vel etiam recipere illicitū eſſet. puta ſi conſtaret vel probabiliter crederetur de eius inconſtantia:vel ſi quid aliud eſſet huiuſmodi: que diligenter conſiderantur in religionibus bene inſtitutis. Dicere autem q malum eſt recipere adoleſcentes ad religionem eſt dyabolicum.quia ſuper illud Exodi.5 Quare Moyſes ⁊ Aaron ſollicitatis populum ab operibus ſuis. dicit gloſa origin. Hodie quoq; ſi Moyſes ⁊ Aaron.i.propheticus ⁊ ſacerdotalis ſermo animam ſollicitet ad ſeruicium dei exire de ſeculo: renūciare omnibus que poſſidet:attendere legi ⁊ ꝟbo dei: ꝯtinue audies vnanimes ⁊ amicos Pharaonis di

centes. Uidete quomodo seducūt homines ⁊ peruertuntur adoleſcē tes. ⁊ poſtea hec erant tunc verba Pharaonis. ⁊ nunc amici eius loquunt. Eſt etiam contra xpi preceptum. Dicitur enim Math. 19°. Oblati ſunt ei paruuli vt man⁹ eis imponeret ⁊ oraret. diſcipli autem increpabant eos. Ihs autem ait eis Sinite paruulos: ⁊ nolite prohiber eos venire ad me. Quod exponens Origenes ſuper Math. dicit. q̄ diſcipuli Ihu priuſq̄ diſcant rōnem iuſticie: reprehendūt eos q pueros ⁊ infantes offerūt xpo. Domin⁹ aūt exobrat diſcipulos ſuos odeſcendere vtilitatib⁹ puerorū. Hoc ergo attendere debem⁹ ne per eſtimationē ſapientie excellētioris otemnamus quaſi magni puſillos eccleſie p hibentes pueros venire ad Ihum. Si tamen pueri intantū eſſent vt nondū vſū rationis haberent: illicitū eſſet eos ad religionē attrahē abſq̄ conſenſu parentū. non quia etiam infra ānos pubertatis pueri in religione recipi non poſſunt de conſenſu parentū. quia vt dr. 20. q. .i. c. Addidiſti. Et monachi ⁊ qcū q̄ etiam pueri infantie annis a parentib⁹ monaſterio tradi poſſunt. Sed hoc ideo dictū eſt. quia pueri quouſq̄ ad ānos diſcretionis peruenerint: ſunt ſecūdū ius naturale in poteſtate parentū. vnde ſic inuitis parentib⁹ non ſūt infidelīū filii ad baptiſmū rapiendi. ita etiam nō ſūt religioni applicandi. Iam vo poſtq̄ vſū rationis habuerint: per liberū arbitriū habent ſui ipſi⁹ poteſtatem in his q̄ ad anime ſpectāt ſalutē. vnde inuitis parentib⁹ pñt ⁊ ad baptiſmū ⁊ ad religionē induci. De volūtate aūt parentū etiam in infantia ad baptiſmū recipiunt ex ordinatione aplo᷎. vt Dionyſi⁹ dicit vltimo capitulo celeſtis ierarchie. vt in reb⁹ diuinis pueri nutriant: ⁊ nō habeāt aliam vitā niſi diuinā otemplationē. Et eadē rōne in infantie annis monaſteriis pueri a parentib⁹ offerūt: vt dictū eſt. Sed quia in q̄ſtione addit de obligatione iuramenti ⁊ voti: ne hoc remaneat īdiſcuſſū: oſiderari debet q̄ ſecūdū diuerſam oditionem iuuenū eſt in talib⁹ pcedendū Si enim eſſent adeo firmi q̄ non timerent a religionis ꝓpoſito reſiler non eſſet neceſſariū eos iuramēto vel voto obligare. Et ſimilr ſi eēnt adeo mobiles: q̄ nec etiā crederēt iuramēto vel voto poſſe firmari: ſz vt plurimū otingit q̄ ſimplex ꝓpoſitū de facili mutant. obligationem aūt voti vl' iuramēti omnino obſeruant. vnde cū voto vl' iuramēto ad frugē melioris vite obligantur magnū beneficiū eis pſtat. Unde Auguſtin⁹ dicit in epiſtola ad Armariū ⁊ Paulinū. Nō te vouiſſe peniteat. immo gaude iam tibi nō licē quod cum tuo detrimēto liciſſet. Felix eſt neceſſitas que in meliora compellit. Ad primum ergo dicēdum q̄ Innocētius in quibuſdam litteris ad religioſos directis q̄ incipiūt. Nō ſolū in fauorē. ſic dic Uobis de frīb nro᷎ oſilio ī vtute

pueri infidelium nō ſunt rapiendi ad baptiſmū inuitis parentibus

obedientie ſub pena excōicationis auctoritate preſentium diſtrictius inhibemus: ne ante ānum probationis elapſum: qui eſt maxime in ſubſidium fragilitatis humane regulariter inſtitutus quenq̄ ad ꝓfeſſionem veſtri ordinis: ſeu ad renūciationē ſeculi faciendam recipere ꝑſumatis. Ꝙ autem ad probationē non recipiantur iuuenes: vel ꝙ uoto vel iuramento non obligentur ad intrandum ſine preiudicio temporis probationis nunq̄ inuenitur prohibitum. ¶Ad ſecundum dicēdum ꝙ legitima etas iudicatur tēpore pubertatis. vt patet per capitulum inductum. Tunc enim maxime incipit homo liberum vſum rationis habere de his que pertinent ad ſuam ſalutem. Eſt autem ſciendum ꝙ eſt duplex neceſſitas. Una que excludit voluntatem. ſcilicet neceſſitas coactionis. ⁊ alia que ex voluntaria obligatione cauſatur: ⁊ voluntatem non excludit. ⁊ huiuſmodi eſt obligatio iuramenti: vel voti. vnde per coactionem nō ſunt trahēdi homines vel ad fideꝫ vel ad religionē: ſed voto vel iuramēto ad hoc eos obligare nihil prohibet. ⁊ de hac neceſſitate aug. dicit. Felix neceſſitas que in meliora compellit. Et per hoc patet ſolutio ad tertium. ¶Ad quartū dicēdum ꝙ in rebus volūtariis ſicut ⁊ in naturalibꝰ non eſt iudicādū facile quod contingit in paucioribꝰ ſed quod contingit vt in pluribus Ꝙ autem intrantes religionē exeant: hoc cōtingit vt in paucioribꝰ multo enim plures de intrantibus remanent vt experimēto ꝓbatur: q̄ exeant. ¶Ad quintum dicendū ꝙ cum dicitur. Non ſunt facienda bona vt veniant mala. ſi ly vt teneat̄ cauſaliter eſt omnino verum peccaret enim ſi quis ea intentione aliquem ad intrandū religionem induceret: vt poſtmodū apoſtataret. Si vero ly vt tenetur ꝯſecutiue: ſic ab omnibus bonis eſſet abſtīnendū: quia vix ſunt aliqua hūana bona ex quibus occaſionaliter non poſſunt ſequi aliqua mala. Unde dicitur Eccl'. xi. Qui obſeruat ventum non ſeminat. ⁊ qui cōſiderat nubes nunq̄ metet. ¶Tunc autem ſolum aliquod bonum eſſet pretermittendum ꝓpter ꝯſequens malū: quando malū cōſequēs eſſet multo maius q̄ bonū. ⁊ vt frequentiꝰ accideret. Dominꝰ autē non pretermiſit eligere duodecim diſcipulos ex quibus vnus erat futurus dyabolus. vt dicit̄ Joh. 6°. nec apoſtoli pretermiſerunt eligere ſeptem dyacones propter vnum Nicolaum: qui ex eis periit. Multo ḡ minꝰ religioſi debent ꝑtermittere multoꝝ ſalutem ꝓpter paucos qui apoſtatare inueniūt̄. ¶Ad ſextū dicēdū ꝙ illi q̄ obligati iuramēto vl' voto religionē intrāt: nō faciūt ꝯtra ꝓhibitiōeꝫ eccleſie vt oſtenſum eſt. vnde ex hoc ꝙ intrant nō efficiūt̄ filii iehēne: ſ; filii vite eterne: quaꝫ dominꝰ ꝑmittit Mat. 19. relinquētibus tpalia ꝓpter ip̄m: ſ; ex hoc ꝙ exeunt poſt profeſſionem efficiunt̄ iehenne filii. ſed hoc non ꝑiudicat

recipientibus eos: niſi eorū malis exemplis ſint peruerſi. vñ ſignãter dominus dicit. Facitis eum filium iehēne duplo q̃ vos. qa vt Criſoſtimus dicit. Malorū magrorū prouocat° exemplo fiebat peior magiſtris. Ad ſeptimū dō q̃ rō illa ſapit manicheorū hereſim: qui hanc rōnē ad duas erroneas ɔcluſiones addu cūt. Primo quidē ad hoc q̃ omnia corpora corruptibilia non ſint a deo Si enim inquiunt a deo eſſent non diſſoluerent. Secūdo ad hoc q̃ caritas ſemel habita nunq̃ amittat: ita q̃ qui peccat mortaliter nunq̃ grām habuit. Si enim inqūt grāz habuiſſet: hoc fuiſſet op° dei. ⁊ ita diſſolutū non fuiſſet. quod etiā hec ratio intendit. vt ſcilicet ſi aliquis non perſeuerat in religione: q̃ ppoſitum de intrando religionē a deo non fuerit. Eſt ergo ſciendū q̃ ṽba illa non dicunt ad oſtēdēdū q̃ illa que ſunt a deo ī perpetuū maneāt: ⁊ corrūpi non poſſunt. ſed ad oſtēdendā infallibilitatē diuine puidētie. Non enim poteſt eſſe vt dei puidentia fallat. vnde ſignãter nō dicit opus dei eſſe indiſſolubile: ſ; conſiliū. Secūdū ergo diuinā puidentiā quibuſdā dat donū gratie ad p̄ntem iuſticiā: ⁊ tamen nō dat eis donū pſeuerantie. Quibuſdam autem datur etiam donum perſeuerantie. vt patet per Auguſtinū in li. de bono pſeuerārie.

Articul°. ij°.

AD ſecundū ſic proceditur. Uidet q̃ illi qui obligati ſunt voto vel iuramento ad intrandū religionē non teneāt intrare. Omnis enim xp̄i actio noſtra eſt inſtructio. Sed domin° non imponebat hominib° neceſſitatem ſed hoc relinquebatur eorū libere voluntati. vnde dicebat cuidā: vt habet Mathei. 19. Si vis ad vitaz ingredi ſerua mandata. Et iterum Si vis perfect° eſſe vade ⁊ vende omnia que habes ⁊ da pauperibus Et apoſtol° p̄ma ad Cor. 7. De virginibus autem preceptum domini non habeo. conſiliū autem do. ergo videt q̃ non ex neceſſitate teneāt aliqui religionem intrare propter iuramentum vel votum. Preterea null° poteſt iuramento vel vota obligari ad aliquid ī quo detrimentū perfectionis patiat. Sed per hoc q̃ aliqui religionē intrant detrimentū perfectionis patiunt. impediunt enim pp̄ter religionis obſeruantiā a viſitatione infirmorū ⁊ collectione eccleſiarū: ⁊ aliis operibus pietatis: in qua ſumma xp̄iane religionis ɔſiſtit. vt Ambroſius dicit ſuper illud prima ad Thimotheum qnto. Pietas ad omnia vtilis eſt. Ergo illi qui iurauerūt vel vouerunt religionem intrare non tenentur. Preterea Proſper dicit in ſecundo de vita ɔtemplatiua. Sic abſtinere vel ieiunare debem° vt non nos ieiunandi vel abſtinēdi neceſſitati ſbdamus. Sed illi q ſunt in religione ex neceſſitate voti vel obedientie abſtinent vel ieiunant. ergo minus merentur. Nō ergo ad religionis ſtatum poteſt aliqs iuramento vel voto obligari

¶ Preterea ṽtus eſt circa difficile
⁊ bonū. Sed difficilius eſt bñ viuē ī
ſeculo q̄ȝ in religione. ğ magis eſt
ṽtuoſum. Nō ğ ad ſtatū religiōis
aliquis iuramēto aut voto obliga-
ri pōt. ¶ Pretēa omunis utilitas
p̄ferenda eſt bono ꝑuato. Sȝ ꝑ hoc
ꝙ aliqui religionē intrant deroga
tur omuni vtilitati. Si enī omnes
religionē intrarent: nō eſſent q̄ ple
biū curā agerēt: ⁊ ita populus ſine
rectorib⁹ remaneret. ğ melius faciūt
ſi nō intrāt religionē q̄ ſi intrent.
¶ Sȝ otra eſt ꝙ dr̄ in p̄s. Uouete
⁊ reddite dño deo veſtro. vbi dic̄
glo. Q vouere volūtati oſulit̄. ſed
poſt voti ꝑmiſſionē redditio nc̄cio
exigit̄. ¶ Itē eccl. 5. dr̄. Si quid vo
uiſti deo: ne moreris redde. diſpli-
cet enī ei infidelis ⁊ ſtulta ꝑmiſſio
¶ Preterea aug. dicit in ep̄l'a ad
Armariū ⁊ Paulinā. Quia iā vo-
uiſti: iā te obſtrinxiſti. aliud tibi fa
cere non licet. priuſq̄ eſſes voti re⁹
liber fuit ꝙ eſſes inferior. quanuiſ
non ſit gratulāda libertas: qua fit
vt nō debeat qđ cū lucro reddit̄.
¶ R̄o dō ꝙ dicere ꝙ illi q voto ul'
iuramēto ſunt obligati ad intran-
dū religionē: nō teneant̄ intrare:
eſt manifeſte hereticū. Quicūq. n.
dicit non eſſe peccatū id qđ eſt ōt̄
p̄ceptū dei hereticus iudicat̄: ſic he-
reticus iudicaret̄ qcūq dicere ꝙ for
nicatio ſimpl'r nō ſit peccatū mor-
tale. eſt enī otra hoc p̄ceptū. Non
mechaberis. vt ſancti exponūt. Sūt
aūt excellētiora p̄cepta ꝑme tabule
que ordināt̄ ad dilectionē dei: q̄ȝ p̄
cepta 2e tabule que ordināt̄ ad di-
lectionē ꝑximi. vñ qcūq dicit ꝙ ſiñ
peccato p̄teriri poſſit aliquid ꝑti-
nens ad p̄cepta ꝑme tabule ē mani
feſte hereticus. Cū aūt impletio uoti
pertineat ad latriā: manifeſtū ē ꝙ
qcūq dicit votū non eſſe implēdū
loquit̄ otra ꝑmū p̄ceptū ꝑme tabu
le. quod eſt de cultu latrie ſoli deo
exhibēdo. Qui ṽo dicit iuramētuȝ
non eſſe implēdū loquit̄ otra 2m p̄-
ceptū ꝑe tabule. qđ ē. Nō aſſumes
nomē dei tui ī uanū. Uñ manifeſte
eſt hereticus qcūq hoc dic̄: niſi forte
dicat ꝙ intrare religionē ſit illici-
tum. Juramēta enī vel vota facta
de reb⁹ illicitis nō ſunt obligato-
ria ſm illud Iſidori. In malis ꝑmiſ
ſis reſcinde fidē. Sȝ h̄ iterū ē here-
ticū dicē: ꝙ non ſit licitū intrare re
ligionē. Eſt enī exp̄ſſe otra xp̄i oſi
lia. vñ quicunq dicit ꝙ ille qui eſt
obligatus voto vel iuramēto ad in-
trandū religionē: pōt abſq p̄cō in
ſeculo remanē: eſt manifeſte h'ticus
ſi tñ in hoc pertinaciter pſeueret.
¶ Ad ꝑmū ğ dō ꝙ neceſſitas uoti
vel iuramēti nō excludit volūtatē
vt ſupra dictū eſt. Sicut eniȝ aliqs
ex lege omuni obligat̄ ad ſeruāda
dei p̄cepta: que tñ uoluntarie ſuat
vñ ⁊ dñs dicit. Si vis ad vitam
īgredi ſerua mādata. ſic ille q emī
ſit iuramentū vel votū obligat̄ ex
quadā ꝑuata obligatione. ⁊ tamen
voluntarie implet iuramentū vel
votum. ita tñ ꝙ añ iuramētū vel
votū licitū eſt ei facē vel nō facē.
vñ ⁊ dñs dixit. Si vis pfectus eſſe
⁊ Paulus de ṽginitate oſiliū dat. ſ pꝰ
iuramētū ul' uotū illicitū ē nō īplē.

¶ Ad 2ᵘ dicendū ꝙ illa rō ↄtinet heresim dānatam.ſ. ꝙ melius ſit in ſeculo remanere: ⁊ opibꝰ pietatis vacare: ꝙ̄ religionē intrare. Continet̄ enim inter errores Uigilantii ↄtra quē Hiero. ſcribēs dicit. Iſta venena pfidie catholice fidei ſociate conat̄ impugnare ꝟginitatem: odiſſe pudicitiā: in ↄuiuio ſeclariū ↄtra ſanctoꝝ ieiunia declamare: ⁊ poſtmodū ↄtra ſingulos articulos a Uigilantio ꝓpoſitos diſputās venit ad iſtū articulū dicēs. Qꝫ autē aſſerit eos meliꝰ facere q vtūt rebꝰ ſuis: ⁊ paulatim fructꝰ poſſeſſionū paupibꝰ diuidūt: ꝙ̄ illos q poſſeſſionibꝰ nenūdatis ſemel oīa largiūt non a me ei: ſ a deo rn̄debit. Si uis eſſe pfectꝰ: vade ⁊ vende omnia q̄ habes: ⁊ da paupibꝰ: ⁊ veni ſequere me. Iſte quē tu laudas ſecūdꝰ aut tertiꝰ gradꝰ eſt: quē ⁊ nos recipimꝰ dūmō ſciamꝰ pma ſecūdis ⁊ tertiis pferēda. Et iō in li. de eccleſiaſticis dogmatibꝰ cū aliis erroribꝰ etiam iſte damnat̄: cū dr̄. Bonū eſt facultates cum diſpēſatione pauperibꝰ erogare. meliꝰ eſt ꝓ intentōe ſequēdi deū inſimul donare: ⁊ abſolutū ſollicitudine egere cū xp̄o. nec ſolꝰ ſtatus religionis pfert̄ elemoſinis: quas quis facit in ſeculo: ſ etiā ꝟginitati in ſeculo obſeruate. Dicit.n. aug. in li. de ꝟginitate. Nemo ꝙ̄tuꝫ puto auſus fuit uirginitatē pferre monaſterio. ¶ Ad tertiū dō ꝙ idē opus factū ex voto laudabiliꝰ ⁊ magis meritoriū eſt ꝙ̄ ſi fiat ſine uoto quod ex hoc pꝫ: quia cuꝫ omnis actꝰ de ſe tanto eſt magis laudabilis ⁊ meritoriꝰ: quāto ex digniori ꝟtute ꝓcedit: ſicut opus iuſticie: ſi fiat ex caritate laudabiliꝰ erit. Manifeſtū eſt aūt ꝙ cum aliquis ieiunat abſqꝫ voto: facit actū ꝟtutis: qui eſt abſtinentia. Cum aūt ieiunat implēs uotum: actū abſtinētie facit ex latria: que cū ordinet nos ad deū: eſt nobilior ꝟtus ꝙ̄ abſtinentia: vel quecunqꝫ alia virtus que ordinat nos circa bona creata. ꝓpter qđ ⁊ aug. dicit in li. de ꝟginitate. Qꝫ nec ꝟginitas quia virginitas eiꝰ honorat̄ ſ quia eſt deo dicta: quam vouet ⁊ ſuat continentia pietatis. Qꝫ ergo Proſper dic ſic abſtinē vl' ieiunare debemus: vt non nos ieiunandi ul' abſtinendi neceſſitati ſbdamꝰ: intelligendum eſt de neceſſitate coactionis: que voluntatem excludit. Unde ſbdit. Ne iam non deuoti: ſ inuiti rem voluntariam faciamus Neceſſitas autem voti ⁊ iuramēti non excludit voluntatem vt dictū Dicendum autem eſt vlterius ꝙ ſi illis qui ieiunant ex voto non placꝫ ſecundum ſe ieiunium: placet tamē ſibi impletio voti. magis meretur ceteris paribus ꝙ̄ ille ieiunans cui placet ſecundum ſe ieiunium: quia magis eſt meritorium delectari in actu latrie ꝙ̄ in actu abſtinentie.

¶ Ad quartum dicendum ꝙ duplex eſt difficultas. Una que eſt ex arduitate operis. ſicut virginitatem ſeruare ⁊ huiuſmodi. ⁊ talis difficultas facit ad augmentū virtutis. Alia difficultas eſt ex impedimentis ⁊ periculis imminentibꝰ Et talis difficultas non facit ad

augmētū ꝟtutis: ſ ad diminutōez ipſius. Non enī videt eſſe prudēs nec multū amare bonum virtutis qui pericula non cauet. ⁊ talis difficultas ad bñ viuendū īminet in ſeculo remanētib⁹. ¶ Ad quintum dō ꝙ illa fuit rō Uigilantii hrtici vt pȝ p Diero. qui dicit in li. cōtra Uigilantiū. Non ſunt a ſtudio ſuo monachi deterrendi: quamuis a te lingue viperee morſus ſeuiſſimos patiunt: quib⁹ argumētaris ⁊ dicis Si omnes ſe clauſerint ⁊ fuerint ī ſolitudine: quis celebrabit eccleſias quis ſeculares homines lucrifaciat quis peccātes ad virtutes poterit exhortari. Hoc enim mō ſi oēs tecū fatui ſint: ſapiens eſſe quis poterit. ⁊ ꝟginitas non erit approbāda. Si enim omnes ꝟgines fuerint: nuptie non erunt. interibit humanū gen⁹ Rara ē ꝟtus. nec a plurib⁹ appetit Stult⁹ eſt ġ hi⁹ timor cū religiōis bonū ſit tam difficile ⁊ arduū: vt pauci religionē intrēt in ꝯpatiōe multitudinis in ſeculo remanentiſ ſicut ſi quis timeret haurire aquaȝ: ne flumen deficeret.

¶ Articulus. iȝ⁹.

Ad tertiū ſic ꝓcedit. Uidetur ꝙ illi qui ſunt ī ſeculo peccatores non ſunt ad religionē attrhēdi. Oportet enī ꝑus exercitari in opib⁹ ꝑceptoꝝ ꝗ̄ intrare ad impletionē ꝯſilioꝝ: vt de minori ꝑueniat ad mai⁹. Sȝ illi q ſunt peccatores in ſeculo nō ſunt exercitati in opib⁹ ꝑceptoꝝ. ġ nō ſunt attrahendi vel recipiendi in religione: in qua opȝ ſeruari ꝯſilia. ¶ Sed ꝯtra eſt ꝙ dñs matheū publicanū ad ſtatū ꝑfectionis vocauit. vt hr̄ Math. 9°. Dis aūt xp̄i actio noſtra eſt inſtructio. ġ etiam ⁊ nos debemus peccatores qui ſunt in ſeculo ad religionē aduocare ⁊ ſuſcipere ¶ R° dō vt maxime vtile eſt peccatorib⁹ vt ad religionē tranſeant Peccatorib⁹ enī duo ſūt neceſſaria ad ſalutē. Primo ꝗdem vt de peccatis ꝑteritis pniam agant. 2° vt de cetero a peccatis abſtineāt. Ad vtrūqȝ aūt hoꝝ maxime operat religio. Primo enim ſtat⁹ religionis eſt ſtat⁹ perfecte penitentie ita vt nulla ſatiſfactio adequari pōt pnīe religioſoꝝ: q ⁊ ſe ⁊ ſua totalr̄ deo dant. vñ ꝓ nullo pctō imponi pōt homini ꝑ pnīa vt religionē ītroeat in ꝯmutatōeȝ ſatiſfactiōis: quātūcūqȝ grauis: ꝯſulit religionis ingreſſus. vt patȝ. 38. q 2. c. āmonere. vbi Stephan⁹ papa quēdā q vxorē interfecerat inducit vt ingrediat monaſteriū: ⁊ humiliat⁹ ſb manu abbatis ꝯcta obſeruet ꝗ̄ ſibi fuerint imperata. alioꝗn iniūgit ei ġuiſſimā pniam: ſi eligit in ſeculo remanere. Silr̄ etiam ad vitāda peccata plurimū valet religionis ſtat⁹ Difficile. n. ē ꝙ in ſeculo ꝯmorātes a reb⁹ mūdi nō alliciant. ꝓpter qȯ Mat. 19. ſm expoſitionē Criſo. dñs h̄ dicē eē impoſſibile: ꝙ diues qui. ſ. diuitiis inheret ꝑ amorē intret in regnū celoꝝ. ſ ꝙ diues q hȝ diuitias ītret ē valde difficile. vñ ⁊ eccl. 3i. dr̄. Beat⁹ diues q inuent⁹ ē ſine macula. Et huiuſmodi difficultatē ſbdit dicēs. q̄s ē h ⁊ laudabim⁹ eū.

propter qđ vt Greg. dic. ſācti viri
ut ab illicitis abſtineant: etiá licita
ꝑtermittūt. vñ manifeſtū ē ꝙ non
peccant: ſ laudādi ſunt qui pecca
tores ad religionē trahūt. Nam ꝛ
dñs de ſe ipſo dicit. Non veni vo
care iuſtos ſ peccatores ad pniam.
¶ Ad illđ ğ qđ in ɔtrariū obꝛ̄ dđ
ꝙ illa rō ꝓcedit ꝛ ɔtra rōnem do
ctrine euāgelice: ꝛ ɔtra rōnē phie.
Et ɔtra doctrinā quidē euāgelicā
qa ɔſilia euangelica ad hoc danť:
vt ꝑ ea homo facili⁹ ſalutē ɔſequa
tur. vñ ſtat⁹ ſecularīū periculoſior
eſſe dr̄ ꝙ̄ religionis ſtat⁹. Stultū ē
aūt dicere ꝙ alicui qui debilior eſt
ꝓpter peccata que ɔmiſit: nō ſit ad
ſecuriorē viā fugiēdū. Eſt etiā ɔtͣ
doctrinā phicā: que docet illos qui
ſunt ad vitia proni in ɔtrariū de
bere reflecti: ſicut faciunt illi q tor
tuoſa lignoꝝ dirigunt.

¶ Articul⁹. 14⁹.

Ad quartū ſic ꝓcediť. Uide
tur ꝙ aliqs abſqȝ peccato
poſſit aliquē iuramīto aſtrī
gē ad hoc ꝙ religionem nō intret.
Qđ enī licitū eſt fieri licitū eſt iu
rare. Sȝ licitū eſt alicui ſeculari ꝙ
nunqꝫ religionē intret. ğ licite pōt
hoc iurare. Qui ergo tali iuramīto
aliquem aſtringit non peccat: qa nī
facit eū iurare aliqd illicitū. ¶ Sȝ
ɔtra. Propoſitū intrādi religionē
a ſpū ſancto eſt: vt hr̄. 19. q. 1. c. Due
Sȝ reſiſtere inſtinctui ſpūs ſācti eſt
graue peccatū: de quo Stephanus
reꝑhēdit iudeos. Act. 7. dicēs. Uos
ſemꝑ ſpūi ſancto reſtitiſtis. ğ ille q
aliquē iuramēto aſtringit ad non
intrādū religionē grauiter peccat
¶ Rñſio dicendū ꝙ ſicut ſupradi
ctum eſt in actib⁹ humanis non eſt
aliquid ſimpliciter iudicandū lici
tum vel illicitum ꝓpter id quod ac
cidit ī aliquo particulari caſu: ſed
propter id quod eſt vt in pluribus
ſicut etiam in rebus naturalib⁹ ɔſi
derať quod in pluribus eſt. Contin
git autem in aliquo caſu ꝙ abſqȝ
peccato aliquis poteſt aſtringere
aliquē iuramento ad hoc ꝙ religi
onem non intret. puta ſi eſſet ma
trimonio ligatus: ꝛ vellet abſqȝ cō
ſenſu vxoris religionē intrare: vel
in caſib⁹ ſilib⁹. Simplr aūt loquen
do inducere aliquē ad iurandū ꝙ
religionē non intret: graue ē pctm̄.
Si enim aliquis vellet religionē in
trare: ꝛ īminēt opportunitas tpis
ꝛ oēs circūſtātie ɔuenirēt: grauiť
peccaret qui eū ab ingreſſu religi
onis ꝓhiberet. Unde dñs Mat. 23.
ɔminať de phariſeis q nec ipſi in
trabant in regnū celoꝝ: nec alios
intrare ſinebant. Cum autem aliqs
facit aliquem iurare ꝙ religionem
no intrabit: impedit eum quantū
in ſe eſt ab ingreſſu religionis ſm
quodcunqȝ tpūs ꝛ ſecundum quā
cunqȝ circunſtantiam opportunā.
quia in vniuerſali includūť omnia
particularia. vnde manifeſtum eſt
ꝙ grauiter peccat. ¶ Ad id vero
quod obꝛ̄ in ɔtrarium dicendum.
ꝙ quāuis licitū ſit ab aliquo bono
opere abſtinere. tamē illicitū eſt vł
ſibi vel alii impedimentū apponē:
quo min⁹ in illud bonum opus pro
cedere poſſit. ſicut licitū ē nō dare

elemoſinam huic pauperi. illicitum tamē eſt ſe vel aliū iuramēto aſtrī gere ad hoc ꝙ alicui elemoſina nō detur. cuius ratio eſt: quia preter mittere actū ꝟtutis poteſt aliquis abſq; peccato. eo ꝙ p̄cepta affirmatiua que ſunt de actib⁹ ꝟtutū non obligāt ad ſemꝑ. Sꝫ impedimētū boni operis directe ꝟtuti ꝯtrariat ⁊ ideo cadit ſb ꝓhibitione p̄cepti negatiui: qd̄ obligat ad ſemꝑ. vn̄ omnia talia iuramēta ſunt illicita: nec ſunt obſeruanda. ſ illi qui hoc iurant iurādo piuri fiunt. qa iuramētū hoīem obligare nō pōt ꝯtra caritatē dī ⁊ ꝓximi. vn̄ q̄uis licitū ſit alicui religionē n̄ intrare. illicitū tn̄ ē impedimētū iuramēti apponē ſibi vel alii. Eſt enim ꝯtra ꝑfectiōē vite: ⁊ ꝯtra conſilium xp̄i.

Deinde queſita ſunt tria de his que ꝯpetūt in religiōe exn̄tib⁹. Primo vtꝝ religioſus qui nihil dꝫ habere ī ꝓpo vel ꝯmuni poſſit elemoſinā facē de his q̄ ſibi ab aliis in elemoſinā dāt. 2° vtꝝ aliquis in religione exn̄s ſciens patrē ſuū graui neceſſitate opprimi poſſit exire abſq; licentia prelati ſui: vt ſbueniat patri. 3° vtrū ſtat⁹ religionis ſit ꝑfectioꝛ q̄ ſtat⁹ ſacerdotū ꝓchialiū ⁊ archidyaconorum.

Articul⁹. i⁵⁹.

Ad p̄mū ſic ꝓcedit. Uidet ꝙ religioſi qui nihil hēnt in ꝓprio vel ꝯmuni: n̄ pn̄t elemoſinā facere: que eis ꝓficiat. nō enī ꝓficit elemoſina facienti niſi debito modo fiat. Sꝫ tales religioſi n̄ pn̄t elemoſinā debito modo facere debet enim elemoſina de ꝓpo fieri ſm illud Thob. 4. Si multū tibi fuerit abundanter tribue. Si autem modicū idipſuꝫ libēter impartire ſtude. g̃ tales religioſi: q nihil ſuuꝫ hn̄t nec in ꝓprio nec in ꝯmuni non poſſunt elemoſinā facere: que eis ꝓficiat. Sed ſi quam elemoſinam de elemoſinis ſibi factis faciūt eis ꝓſic̄ a quibus elemoſinā ꝑceperūt. Sꝫ ꝯtra. Inter alia opera elemoſinaꝝ largitio plurimū inuenit eē fructuoſa. Dicit eniꝫ Dan. 5. Peccata tua elemoſinis redime. Si ergo religioſi elemoſinas facere non poſſunt q̄ eis proficiant: videtur eſſe peioris ꝯditionis q̄ꝫ alii etiam in ſp̄ualib⁹ bonis. R° dicendum ꝙ religioſi quamuis ꝓprium habere non pn̄t: poſſunt tamen aliquaꝝ rerum diſpenſationem habere: ſiue de fructibus poſſeſſionū ꝯmuniū: ſiue etiam de elemoſinis particl'ariter eis collatis. nec refert quantū ad ꝓpoſitū pertinet: vtrum huiuſmodi diſpēſationē habeant auctoritate ſui ordinis: vel auctoritate alicuius ſupioris prelati. His ergo quib⁹ diſpēſatio ꝯmiſſa eſt: poſſunt meritorie elemoſinam facere de bonis q̄ eoꝝ diſpenſationi ꝯmittunt: ſm ꝙ eis ꝯmittit. ⁊ hi⁹ elemoſina meritoria eſt ⁊ eis qui minime miniſterium exequnt: ⁊ illis quorum vſib⁹ hi⁹ res deputate noſcuntur. Si vero aliquis religioſus ſit cui non ſit huiuſmodi rerum diſpenſatio ꝯmiſſa ei non licet elemoſinam facere. Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

Articul⁹.16⁹.

